This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gt
32
60

Gt 32.60.


SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
13 Oct., 1883.

# THEOGNIS THEOGNIDEUS

SIVE

# THEOGNIDIS,

## QUALIS ADHUC EDITUS SIT,

## IN RECENTISSIMOS EJUS INTERPRETES

## VINDICIAE.

---

AUCTORE

GUILIELMO GRAEFENHAN PH. D.

*GYMNASII MULHUSANI PRORECTORE.*

---

*MULHUSAE,*

*APUD FRIDERICUM HEINRICHSHOFEN.*

MDCCCXXVII.

Gt 32.60

OCT 13 1883

Salisbury Fund.

Suo quisque ingenio abutitur in divinationibus.
*Harles. Brev. Not. Lit. Rom.*
p. 70.

Majorum quidem virtutes imitari, vitia evitare licet, modo cum exemplis ingenia recuperaremus. Atqui ingeniosius quam verius si quot egisse censentur antiquis scriptoribus sospitandis curatores sese professi, tametsi principes, sententiam interrogatus respondendum arbitrarer, praestare ad lautumias cum Philoxeno quam ad ipsorum ingenium cum pluribus illis redire, qui tali laude agitentur. Tantum abest enim, ut hanc ambiguam ducam, ut opprobrii contra ejusque gravissimi instar nec ferendi mihi esse videatur, quippe quo illi quum almae naturae benficio singulari et voluntati tum omnis investigationis consilio offecisse arguantur. Imo, reputanti mihi nec ita multum meditato omnino visum est in rebus, quaecunque in hominum disceptationem cadere possint, quam plurimum consuli mera modo veritate, cujus quidem opinione et Orbilium jamjam summorum virorum inimicitias adiisse constat, cujus, ni famam, muneris certe sortem excepi, et omnes capitis quoque fortunarumque pericula subire jubemur. Nec sincerus illius amator, qualem mehercule me esse mellem quam philologorum Homerum, id committet, iis ut succenseat, a quibus prius sit illa reperta vel relata. Multo minus autem, quod nunc equidem adversarius potius quam assentator surrexerim, inani altercationis libidini imputes, quum viliori quovis calculo omisso nihil admodum nisi commune illud emolumentum, quod pio veri quaestu cernitur, qualicunque meae operae ac literulis praemium proposuerim.

Etenim studiosissimus quisque scriptoris alicujus acceptissimum necesse est habeat recens illius exemplar, in quo quidem edendo quidquid profectum, pari perlustret ardore quam quidquid deliratum sit, aliter enim, jam Martiale teste, liber non fit. Quare quod meum semper poetarum, quos Gnomicos dicunt, studium fuit, haud temere ulla de nova editione mihi allatum est, quin sperarem fore me assensurum, neque de hac:

*Theognidis Reliquiae.* Novo ordine disposuit, commentationem criticam adjecit *Fridericus Theophilus Welcker.* Francofurti ad Moenum. Sumptibus et typis H. L. Broenneri. 1826.

Quam quo citius manibus tererem, actutum flagitavi, plurimum equidem non in exquisita modo auctoris doctrina et judicio, quod prius ille Alcmanis fragmentis percensitis dilutoque Sapphus incestu, solertibus deinde de Promethei Aeschylei trilogia aliisque de antiquitate commentationibus necnon observationibus ad Fr. Jacobsii Philostratorum Imagines additis subactissimum probaverat, verum etiam, ne quid eam infitias, vi et affectu acutioris Ephemeridum Literariarum [1]) in ausas ejusdem opiniones vereque cupidius praejudicatas animadversionis confisus, a quibus illum jam procul deterritum putabam quamquam non ignarus, etiam disserendi peculiarem suam cuique rationem et indolem esse concedendam, qua nemo se carere patietur. Nec ita multo post publicae mihi paginae [2]) Theognidis quoque, qualis a Welckero editus esset, laudes obtulerunt, sic tamen comparatas, ut, licet rebus tot opinabilibus, ne levissima quidem dubitatione mota, de iis tantum rebus ibi exponeretur, quas jam oculis passim intuitus cognoveram esse aliis antiquatis aliter institutas, neutiquam vero, quo jure, id quod

[1]) Quarum infra mentio fiet ad quandam conjecturam Odofr. Müllers.

[2]) Allgem. Lit. Zeit. 1826. No. 181 — 182.

tunc cum maxime ludorum mihi demandatorum occupationibus distentus aliunde quin sciscitarer, non poteram. Accedit, quod aestimatoris nomen nesciebam. Sed jam, quanta esset G. E. Weberi non solum apud Francofurtanos, sed apud omnes auctoritas tum ob alia tum ob insignia in Herodiani historiarum libros merita, ante sciebam, quam Graecarum Elegiarum poetis in vernaculum sermonem translatis etiam Theognidis versus insertos edidit Welckeri omnino exemplar subsequutus,[3]) at quo tempore nondum sub prelo in publicum proditum nedum eorum suffragiis, qui de hac re aliquid statuere possent, ratum erat. Sic vero properatum ex constituto quasi nec auspicato, admodum profecto neque injuria indignabuntur literati illi, quicunque, conjecturarum quidquid vel ipse ceperis vel alii, confestim scriptorum loco sanciri licere negent, utpote nihilo antiquitatis traditioni vehementius repugnante. Par saltem eorum ad amplissimos illos duumviros, qui eidem simul rei ultimam manum imposuere, arbitrium pertineret, nisi eis utique de primigenia operis forma quodammodo fere actum videretur ex altero sermone in alterum, quaqua industria, translati. Idcirco cum illis ipsis literatissimus quoque, quae est ejus intelligentia et religio, sentiat necesse est professus vere suum se Theognidem, quem vel Graece doctissimi praestantissimae interpretationis loco propter hanc ipsam translationis curam habebant, amplius duo lustra pressisse, quo propius tandem ad Megarensem usquequaque accederet. Omne vero punctum vir tulit laude nostra major exemplis, in quae intuitum se fatetur, longe superatis. Nec minus

---

[3]) Modo versuum numeris in margine omissis neque supra variis auctoribus nuncupatis, quare si quem locum comparandi forte gratia evolvis, quo minus invenias, impediere. En universi operis inscriptionem:

Die elegischen Dichter der Hellenen nach ihren Ueberresten übersetzt und erläutert von Dr. Wilhelm Ernst Weber, des Gymnasiums der freien Stadt Frankfurt Prorektor und Professor. Frankfurt am Main Verlag der Hermannschen Buchhandlung. 1826.

jucunde quam verum oratio profluit*) explicationum a calce libri in obscuriores poetae antiquissimi recessus id lucis reficientium, quod dudum tam large in alios omnes, in hunc tam tenuiter redundasse miramur, quod tamen exinde potius profectum esse persuasissimum equidem habeo, quod interpretes, quotquot illustrandis Theognidis poematis consulturi erant, omnino, quem tuerentur, nescirent, dum pars illum ob prudentiae sapientiaeque praecepta tanquam sacrorum ministrum modo piae juventutis lectioni accommodandum esse censebat, nam talem quondam omnium scriptorum antiquorum tractationem et abusum fuisse, quem fugiat vel paulisper Herteliorum et Camerariorum rationem prosecutum? Alii autem, qui jam altius sese prospexisse gloriari solebant, in dilucidandis tam nigris moribus,*) amoribus illicitis, insolentia et vafritia, minus enitebantur scientes et contrario quidem consilio, verum haud minus perverso, quo pariter reconditam Graeciae cognitionem obstruerent nec tamen ita, quo minus verius tandem Weberus noster penetraret, uti omnino exspectare licet, posterorum scientias, quo magis sint a priscis remoti nostrosque errores dedocti, aevi quasi circuitu ad illos recessuros ea duntaxat disciplina in partes vocata, cujus ultima sunt rerum initia et rationes. Nec denique defuere, qui, nescio an inter ipsum lucubrandum, Theognidei argumenti varietate offensi de certo quodam libri fine et titulo insigniendo desperarent, quos id excuset, quod nondum cognosse poterant, quae ad Elegiae in Graecis obortae ampliorem quondam ambitum adumbrandum ab aequali-

*) Recordor ita jam in: Hildesh. neue krit. Bibliothek, 1826 Nr. 5. pretium suum statutum esse operae Weberi, qui etsi sub finem praefationis Censorum notas salsissime respuit, tamen secum reputet, me veritate duci in laude perinde ac vituperatione.

*) vid. infra ad annota. De ceteris, quae Theognidi hic opprobrio vertuntur, vid. Heynii praef. ad Sententiosa vetustiss. Gnomic. Poet. Opera ed. a Glandorf. et Fortlage Lips. 1786.

bus et maxime nostratibus antiquitatis indagatoribus elaborata nobis gratulamur.[5]) Necdum ulli ex tribus illis interpretum generibus aut singularis opinio aut seculum[6]) id persuasit conari, ut, suis quasi factis

---

[5]) In pristinis poeticis libris, ut Caesaris Scaligeri, p. 389. hocce tenerius carminum genus generi lyrico opponitur. Id vero fieri ratione recentioribus potius temporibus accommodata, Conr. Schneideri demum dissertatio exposuit de Elegiaca Graecorum poesi in T. IV. Studiorum Creuzeri et Daubii. Non ergo illa primum lamenta et luctum (Scalig. p. 117.) sed res publicas et patrias, deinde sententias prudentiae sapientiaeque, tandem querelas molliores et amores complectebatur. Welckerus quidem p. CXXIII. elegiam gnomicam Graecis inauditam fuisse dicit, dum provocat ad Fr. Schlegelii Historiam poeseos Graecorum et Romanorum, apud quos elegia, quamvis ad argumenta moralia et politica ipsa quoque apta fuerit, unitate tamen nunquam et proprietate caruisse videatur. Sed utut haec sint — nam neque Hesiodi poema Opera et Dies arcte cohaeret neque Theognidis Gnomae omnino non cohaerent, modo utrumque recte intelligatur — sinat consistere γνώμαι ἐλεγειακαί h. e. quales in elegiis politicis et moralibus exhibebantur. Disputationes Abbaris Souchay: Discours sur l'Elégie, et Premier et Second discours sur les poëtes Elégiaques (Mémoires de l'Acad. d. Inscr. t. VII.) minoris aestimantur a Webero, qui ipse disputavit scite de hac re p. 407 — 441. (Gechichtlicher Ueberblick.) Multo magis ei probatur liber I. V. Frankii: Callinus sive Quaestionis de origine carminis elegiaci tractatio critica (Altonae et Lips. 1816. cf. Heidelb. Jahrb. 1818. No. 44 et 45.) Nec tamen ei ubique assentitur, ut p. 415. Plures ejusdem opiniones etiam Bachius refutat in edit. Solonis carminum, praemissa commentatione (Bonn. 1825.) multaque hic non praetereunda jam prius luculenter exposuit de Graecorum Elegia Schlegelius in Athenaeo (Athenaeum B. 1. St. 1.) accedentibus fragmentis Phanoclis, Hermesianactis, Antimachi, Mimnermi, Philoxeni et Callimachi.

[6]) Ne dicat quis: saeculum, esse scribendum, neve videar ignorare, quae de hac voce dicat Grotefend. Grammat. Lat. vol. II. §. 168 et 200, his ipse mihi videtur falso derivare a Graecorum αἰών Latinorum saeculum, quum, quod nemini aliter videbitur, illinc jam aevum, haud facile autem duplici ratione verba Latina e Graeco deriventur, quasi simul semis et dimidium ex ἥμισυ ortum credere velimus. Monumentorum et monetarum inscriptiones, licet exhibeant: saeculum,

Alexandri verbis, nodi quomodo solverentur, nihil interesse, traditum sibi antiquissimum carminum contextum ea manuum audacia divelleret, qua primum a Welckero divulsum et denuo consutum cernimus, dum ipsas causas neglecti Theognidis studii in misera, quam dicit, poetae reliquiarum conditione quaeri debere ante contendit quam illam reapse talem probavit.

Nobis vero jam novum, quo disposuit, ordinem examinantibus respicienda erit ejus Commentatio critica, quae tamen loco suo

---

tamen non semper veram scripturae normam exhibere, ipse Grotefendius tum alibi saepius dicit, tum illic, ubi docet, inveniri etiam laevis pro levis, saeta et saeco pro seco, ex qua ipsa voce factum censeo seculum, quemadmodum apud Varron. IV. 31: Falces, hae in Campania: seculae a secando. Ita: secus pro sexus, ut Germanorum: Geschlecht, a schlichten, eademque significatione secla hominum, ferarum, muliebria apud Lucretium. Mox omnino ad sectiones et segmenta temporis quoque et vitae (Zeitabschnitt, Zeitabtheilung) insignienda usurpabatur, uti γυιά, ne ad seriorum seculorum significationes descendamus. Secare vero ejusdem est radicis simul cum adverbio: secus (aliter, diverse, verschieden), ut nostrum verbum: sondern, absondern, cum praepositione: sonder i. e. procul ab — ohne, et cum conjunctione: sondern, quali conjunctione ceterae linguae carent, nam nonnisi negativam sententiam sequitur, tamen plerumque ei respondit Graecorum ἀλλά, quod pro ἄλλα positum est. Ut autem secus in comparativo gradu pronuntiatur sēcius, ita etiam sēculum, cujus productionis causa fuit accentus, ut in: litera, cēterus, a: lītus, ἕτερος, aliisque. Accentum enim a primis Romanorum poetis maxime respectum esse constat, neminus id, anapaesticos versus omnino iis non placuisse, ita ut nulli inveniantur apud Terentium, nusquam dimetri apud Plautum, nec ullibi monometri, exceptis Senecae tragoediis, infelicibus illis Graecorum imitationibus. Ita quoque seriores demum poetae anapaestica voce concludunt pentametrum elegiacum, non jam Ovidius. Tales pedes autem fuissent: sēcŭlis, literis, ceteris, nisi accentus in primam syllabam cecidisset. Quare in ultima illa voce neque de καὶ ἕτεροι, neque cum Grotefend. de ἐκεῖ est cogitandum, sed facta est ut Anglorum: mirror vel mirrour ex Francogall. mireir.

Prolegomena, uti contra, quae prius Notae inscribuntur, deinde Adnotationes dicuntur idque rectius. Sed ne singula quaedam avia sequi videamur auspicaturi, jam in totius potius operis nuncupatione consistentes pergamus: Reliquiae, quod quidem nomen licet cujusvis scriptoris opera insignire queat utpote nihil argumenti significans, nonne iis modo editores indere solent, quibus aut nonnulla aut prorsus nulla desunt? Nemo vero de Theognide, vel recentissimo demum tempore per Imm. Bekkerum (in edit. Lips. MDCCCXV.) fragmentis haud exiguis additis, dicat, quid aut desit aut non desit operi illius sententioso, hucusque a plurimis — ad quos accessit Gaisfordus quoque in edit. impressa Londinii 1814, repetita Lipsiae 1823 — Graece inscripto: γνῶμαι, Latine saepissime: Sententiae, in edit. princ. Venet. 1495, Sententiae elegiacae, Francof. 1549, γνῶμαι ἐλεγειακαί, Paris. 1553, γνωμολογία, Venet. 1746, Ἐπικαὶ γνῶμαι. Quae inscriptiones omnes desumtae sunt ex apographis, ita enim prius Palatinum habet: γνῶμαι, alterum γνῶμαι πρὸς Κύρνον τὸν ἑαυταῦ φίλον, Hamburgense γνῶμαι ἐλεγειακαί, Vaticanum διὰ στίχων ἡρωελεγείων, Mutinense denique ἐλεγεῖον, unde Bekkerus, quum pro ἐλεγείων — scriptum sit, fecit ἐλεγεῖα, Elegi. Brunckii editio, impressa Argentorati 1784, repetita Lipsiae, curante Schaefero, 1817, exhibet Παραινέσεις, secundum ipsius Suidae verba: Θέογνις. Ἔγραψεν ἐλεγείαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ. Γνώμας δὲ ἐλεγείας εἰς ἕπη βʹ, καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἑρώμενον γνωμολογίαν, δι' ἐλεγείων ὑποθήκας παραινετικάς, τὰ πάντα ἐπικῶς. Καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θέογνις, ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μαρίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες καὶ ἄλλα, ὅσα ὁ ἀνάρετος ἀποστρέφεται. Sed de Elegia in Syracusanos nihildum comperti habemus neque id quidem, num ipsa inscriptio omnino temporibus congruat, ita ut Odofr. Muellerus in secundo volumine Doriensium suorum p. 509 cogitandum esse opinetur non de Syracusanis obsessis, sed de Megaram obsidentibus, vel ut Welckerus illius verba indicat, esse τῶν Συρακουσίων genitivum subjecti, vel ut nos diceremus, esse ἐν τῇ πολιορκίᾳ activa significatione intelligendum. Nihilominus autem quivis legens

illam inscriptionem interrogabit, quemnam Syracusani obsedisse illis verbis dicantur? Omnino autem ne rebus impeditioribus Müllero, viro, quem cum Hermanno ingenio doctrinaque praestantissimum nomino, fidem daremus, tum alii jamjam viri haud exiguae auctoritatis etiam atque etiam vetuerunt ejus scripta recensentes [7]), tum ipse Welckerus p. XV. Sed ut Theognidem, ait, in cives suos elegiam istam scripsisse veri sane simile est, ita Suidam errasse potius, quam hoc dicere tali verborum positu voluisse statuam. Quam contra ipse Welckerus sententiam illius loco posuit, nempe agi de Magarensibus ipsorum urbe a Gelone occupata transductis Syracusas, eam Weberus p. 541 prius quidem ingeniosam, mox autem modo incertae conjectioni superstructam dicit. Nec ullibi apud antiquos mentio fit elegiae illius in Syracusanos, imo in eo Weberum et Welckerum sequi possum, integrum, quem modo exscripsimus, locum Suidae plenum confusionis esse, quod in opere ita singillatim congesto neminem offendet. Jam pro βοὶ apud Eudoxiam legitur διςχιλία ὀκτακόσια (ἔτη), ut omnino in numeris antiquitus transscriptis satagitur. Etsi vero hic quoque numerus aliquantulo abhorret a numero versuum per Bekkerum ad 1389 usque amplificatorum, tamen verbosiori illa descriptione, ni dicendum erit, variis illis titulis, nec e Theognideo volumine nec, ut Sylburgius putat in praefatione editionis suae (1591), e tribus distinctis illius tomis, sed

---

[7]) Inter quos ipse Hermannus, qui in praefat. ad Eurip. Alcest. p. XIV. addit tandem: „Omnino quae saepe miratus sum, quod hodie nonnulli sic scribunt, ut assensionem magis ab levitate vel divinatione lectorum quam ab argumentorum orationisque evidentia sperare videantur.“ Provoco etiam ad Doriensium aestimatione in Jen. Allgem. Lit. Zeit. 1824, mens. Sextil., etiam ad judicium Schlosseri, nobilissimi historiae indagatoris, in Heidelb. Jahrb. 1824 Septembr., etiam ad Langium, Jen. Allgem. Lit. Zeit. 1825. Nr. 161. Quae tamen exempla, ne multo majus quam mira in rebus antiquis perscrutandis audaciae opprobrium malignitatis in me cadat, ideo enumeravi, id ut adderem, quod omnino huc magis pertinebit, eandem investigandi rationem innui ab Hermanno in recensione Trilogiae Aeschyleae, quam edidit Welckerus noster, in Leipz. Lit. Zeit. 1825. Nr. 1. cf. Allgem. Lit. Zeit. 1825. Nr. 67.

ex aliis potius scriptoribus modo ita modo aliter descriptis unum illud opus sententiosum innui apparet etiamnum superstes, spurcitiis passim pollutum, quas quidem, ut a virtutis praeceptore exhibitas, C. Barthius in Adversariis suis XXVII. 9., de amore Cyrni allegorice, vocem autem παῖς non de puero sed de puella cogitavit accipiendas. Fischerus vero in praefat. editionis suae (Altenburg 1738.) eo consilio lasciviae et luxui poetam indulsisse dicit, quo nunc fere apud Schillerum Fiesco item civium suorum decipiendorum gratia se lascivum et luxuriosissimum aliquamdiu simulasse fingitur. Sanequam utramque excusationem deridemus, simul vero ipsos utriusque auctores excusandos censemus quippe omnem rationem prius ineuntes quam ut Theognidis elegos dissolverent in secretas tales partes: Θεόγνιδος γνώμας πρὸς Κύρνον, πρὸς Πολυπαίδην[a]), Συμποτικά, Ἐπιγράμματα, Παιδιάς et Παιδικὴν Μοῦσαν. Etenim id fortasse non videbant neque equidem video, quemadmodum singuli quidam versus amatorii, jocosi, levissimi et nullius quasi argumenti perinde atque sententiae et veritates communes tanti ponderis et auctoritatis hancce sortem experti sint, ut digni haberentur, quibus scriptores summae gloriae opera sua exornarent, undo deinde, quod etiam magis mirum, una cum illis ad fontem remearent, h. e. ut in gnomologiam vel sapientiae decretorum thesaurum cooptarentur. In partes quidem quasdam seu sectiones jam Kretschmar, Theognide simul cum

a) Quum modo vocativo casu occurrat hoc nomen semperque ante vocalem, quod quidem optime conspici potest in ed. Welckeri, illud Elmsleius monet esse pentasyllabon: Πολυπαΐδη, referente Gaisfordo in Corrig. p. 669. quae forma exinde in ejus Poet. Min. Graec., quales sunt repetiti Lipsiae (apud Kuehn.), et apud Boissonadium inveniatur, non recepta est a Welckero, qui neque Brunckii expolitionis meminit: Πολυπαΐδη, πείσο ἄστῶν v. 61 (ed. Welck. v. 887.) pro vulgato: πείσυ, Πολύπαΐδη, ἄστῶν. Neque Lipsiensis, qui Brunck. ed. repetendam curavit, scripsit: Πολυπαΐδη, quamquam infra ita corrigendum jubet. Sed conferatur simul Friedemanni Diss. de med. syll. pent. Graec. Eleg. p. 288. ubi haec leguntur: Adhibenda est cautio. Theognis enim plusculum adamasse videtur hiatus (id quod aliis quoque exemplis probatur a Friedemanno), praesertim in nomine Πολυπαΐδη, de quo conf. Hermann. ad Orph. p. 728.

aliis aliquot scriptoribus Graecis edito (1750.), sententias nostras aeque atque cetera, quae illo libro continentur, opuscula divisit singulisque capitibus argumentum praemisit, postquam Seberus, cujus editio primum prodiit anno 1603, sententiarum titulos ad mentem commentatinum Phil. Melanchthonis, Joach. Camerarii et Mich. Neandri conformatos in margine, ne versuum series interpellaretur, verecundius apposuerat. Quin, illorum exemplum editiones tum plures aliae tum ultimo Lindneri, scholae Arnstadiensis Directoris quondam, anno demum 1810 publicata secutae sunt, simul ut sic discentes statim in conspectu haberent, quale ab auctore exponeretur argumentum. Sed ii quoque interpretes, quorum opera non eo usque descenderet, ut pubis scholasticae commodis Theognidis carmina accommodarent, pari ordine, quo magis interiori omnino et veriori illorum intelligentiae prospicerent, intervallis quibusdem intercedentibus ea excudi jussere. Ita, quam quidem notitiam ipsis adversariis partibus acceptam referimus, in excerptis ex Theognide annexis Callimachi editioni Londiniensi anni 1741, quam Thomam Bentlejum, Richardi ex fratre nepotem, auctorem habere praeter eos, quos F. A. Wolfius in Analectis Literariis I. 43. laudat, Anglus ostendit in Museo Critico (s. Critical Researches II. 150.) Cantabrigiensi, sententiae plurimae in carminum longiorum formam distinctae sunt, quod tamen institutum partim pessime cessisse idem ille omnium recentissimus operis Megarensis curator contendit, quamvis eadem Brunckium ratione usum esse sciat, qui Argentorati anno 1784 ita praefatus est: „Quatuor codices Bibliothecae Regiae contuli, quorum in tribus sententiae fere ad eundem modum distinctae sunt, quo in hoc libello. Singulae vel in capite habent literam majusculam miniatam vel litera illa carent vacuo relicto spatio, ubi pictoris calligraphi manu pingenda erat.“ Neque silentio est hoc loco praetereundum, Brunckium, quantumvis temeraria ejus in verbis emendandis mutandisque ars et cupido fuerit, tamen, tanquam virum, qui suo tempore his de rebus summus judex sederet, multorum animis debito ad Gnomicos lectione dignandos adversis, revera Theognidi pluri-

mum consuluisse. Quare ejus editionem, quantum ad sententiarum partitiones attinet, editor Lipsiensis, quem clarissimum Schaeferum esse jam ex animadversione ad v. 3. videre est, anno 1817 immutatum *) bibliopolio Fleischeri jun. publicandam curavit, quamvis aliis in rebus, ut in annotationibus, illam haud raro doctissimis additamentis locupletavit, dum simul ad Gaisfordi editionem provocare poterat, quae quidem, jam anno 1814 Londini typis tradita, Lipsiae 1823 apud Kuehnium repetita est, nullibi laesis serie et portionibus, quibus Brunckius in vetustissimis codicibus Theognidis sententias digestas et distantes inveniri docuerat. Ut vero Britannus omnino a Germanis reprehendatur, quod parum tantummodo poetae melius interpretando consulere studuerit adeoque nihil fere, quod huc faceret, non ex aliorum doctorum virorum in usum suum converterit, huc minime pertinet, nisi, quum opprobrium illud in recentissimos inprimis versus, inde a v. 1231 usque ad 1389, cadat, quos Theognideorum carminum manco textui, qui hucusque in usu fuit, tamen attexuit, id simul sit commemmorandum, Gaisfordum in hisce digerendis omnino, quum non aliter posset instituere, Bekkeri, primi illorum inventoris atque editoris, in prioribus vero Brunckii exemplar adhibuisse. Facile autem utriusque lectores perspectum id habebunt, a Brunckio Bekkerum jam ab initio et pluribus deinde locis Gnomologiae nostrae divergere in mensione gnomarum constituenda. Itaque quod hic prae ceteris apographi Mutinensis auctoritatem amplexus est, exinde, licet dissimilitudo alterius scripturae ab altera aliquoties intercedat, tamen illarum distinctionum ratio et veritas in universum oppido stabilita est nec ullo modo eandem infringere Thierschius voluit verbis istis in Act. Monacens. III, 413: „Cete-

*) Locus esset, quae in Gaisfordiana editione, et in omnibus Brunckianis, eorum poetae sequentes posteriorem libri partem conficiunt, a Schaefero commodioris usus gratia singulis versibus enumerata sint in hac editione nova correcta notisque et indicibus aucta.

rum mirum esset, ni jam veteres sensissent diversas ἔργων partes aut male aut non cohaerere. Ducit eo, quod in codice, quem supra memoravi, Vindobonensi, ex vetustissimo libro haud dubie descripto non tanquam continuum opus, sed ut factum a pluribus librariis in Theognideis describendis, ita ut in singulis particulis paulo majoribus novum initium capiatur. Apertum hoc est eo, quod versus 210, 246, 272, 281, 381 et al. a maxima litera initiali incipiunt, quali in pluribus Hesiodi manuscriptis saltem versus 381 insignitur, ut novum jam carmen incipere lectori pateat." Imo, concedimus, haud magis illud quam poema Theognidis continuum esse, sed simul interrogantes: Si singula illa Hesiodi dicta, ob sententias expressas vere magnifica, licet non solum agriculturam, sed etiam navigationem et omnino vitam industriam et simplicem, prudentiam in fortuna adversa et secunda, sanitatis curam, amicitiam, justitiam, castitatem et pietatem, senectutem denique commendantia, tamen, ex parte potiori judicata, jam pridem aut rei rusticae notione comprehensa aut gnomicorum, quos dicunt, poetarum operibus addita videmus, nonne inscriptio Gnomologiae ad opus Theognideum, quale adhuc extitit ab antiquissimis inde temporibus traditum, pari modo quadrabit quantumvis laxo aut nullo prorsus vinculo conjunctis sententiis singulis iisque ita comparatis, ut nonnunquam extra ordinem ad amores levissimosque lusus evagentur? At quorum operam et legibus traditionis obtemperantiam apprime nos laudandam censemus aliique post nos censebunt, fidem, ex recentissimi editoris sententia, (p. CXX — CXXIII.) sanam criticam Theognideam diu multumque remorati sunt. Qua quidem incusatione nihil profecto injustius pronuntiari potuit, quum lis ex voce quadam repetita sit. Frobenio, Valckenaerio, F. J. Barthio, Wassenberghio [10]), Epkemae et Grodeckio poema Theognideum ex variis Elegiis conflatum esse visum erat, ele-

---

[10]) Auctori Diss. de Transpositione (1786), dicto in ed. Gaisf. repet. Lips. p. 19. Wassenberg.

giam vero gnomicam, etsi a multis hodie statuatur, Welckerus, ut jam supra annotavimus, Graecis inauditam fuisse vult citatis Schlegelio et Schneidero, qui tamen ipse virorum illorum sententiam amplectitur, tam prodigiosam illam fragminum et innumerabilium quasi micarum farraginem Theognidis nomine congestam esse. Sed ne ipse veritatem illudere videar, nemo, credo, illorum hac in re elegiarum reliquias sed tantum elegos cogitavit, ἐλεγεῖα, quod etiam supra a Bekkero ad titulum insigniendum usurpatum esse indicavi, non ἐλεγείας, quae vox quamvis a Suida, aut qui eum exscripsere, cum ἐλεγεῖα confusa sit, a nullo hucusque editore operis fronti praefixa est. Quumque jam nulla amplius opinionis meae argumentatione opus esse credam, Brunckii verba [11]) huc traxisse sufficiat: „Nempe Theognidis poesis, quae superest, ex fragmentis constat e variis illius hominis elegiis aut poematibus excerptis." Quemadmodum vero doceatur, aliquid esse excerptum ex majori Theognidis opere, quod perierit, et cur, id factum esse, suspicetur aliquis, omnium me curiosissimum ingenue profiteor et eo perversius idcirco mihi omnes illi videntur judicare, qui Heynii verba repetunt, fragmenta illa ex pluribus ac diversis poetis excerpta esse, quae tamen ad Cyrnum scripta sint, ea pro antiquioribus haberi posse. [12]) Non enim intelligunt, quemadmodum Theognidis nomine tot versiculi aliorum poetarum coagmentari potuerint neque praeter Gnomologiam opus ullum Theognidis innotuisse. Sed vero illi operi, pro temporis illius moribus, ab Hesiodi norma admodum jam alienatis, nec non pro ipsius poetae indole et mente, insertis modo amoribus et lusibus modo mollioribus querelis doloribusque, qui soli seriore tempore elegiarum materiam praebebant, jam dudum necesse est γνῶμαι istae cognominatae sint ἐλεγειακαί h. e. fictae elegia-

---

[11]) vid. ejus Praefat. p. V.

[12]) vid. Heynii Exc. II. ad Il. lib. XIX.

tum modo et numeris; unde Suidas: [illegible] convenit quod ipse Theognis carmina sua ἔπη, dixit, quod patet exempl. 22 (edd. ante Welck.) aliisque. Illud enim nomen non epidi tantum argumenti versus sed etiam moesti, moralis et politici insignire solebat, ita ut testibus Frankio et Webero p. 416 vox: elegi vel elegia, haud ante Simonidem Ceum, usurparetur Persicorum demum bellorum tempore. Quod vero Welckerus offenditur voce ἐπικῶς[*]), quam parum apte apud Suidam adhibitam dicit, quum ἔπη quidem elegiaci versus vulgo et a Theognide ipso appellentur, adverbium vero nonnisi de poesi epica intelligi soleat, opponimus illi proverbium Luciani: οὐδὲν πρὸς ἔπος, h. e. longe a re proposita discrepat objurgium Welckeri nodum in scirpo quaerentis, quasi nesciat, neque voce ἔπη solam elegiam neque heroicam poesin sed omnino et quidem κυρίως, ut Etymologi Magni verbis utar, ἐμμέτρου λόγου, vel ut Quintilianum sequar, poetarum enarrationem significari, quasi Parthenaeis Baggesenii vel Luisa J. H. Vossii nequeat dici epopoeia idyllica — cui verbo venia sit! — licet utrumque poema epopoeia minus, idylliis majus sit. O quantum talis philologiae taedium me capit et fastidium! Quemadmodum vero Aristophanem alii Musarum delicias, alii talem poetam dicunt, quo nullus detestabilior sit ob petulantiam et lasciviam, de pluribusque poetis tum illius tum nostri temporis judicia sibi plane contraria ab ipso lectorum animo et consilio pendent, nonne ita, quum omnes fere in sententiis, si singulas colligeremus, poetae vel praestantissimi sibi non constetisse facillime argui possent, de Theognidis quoque carminibus, etsi amores eosque obscoenos immiscuerit, unde Suidae verba: ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μαγείαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες, ita ut Cynici similiores quam Stoici esse videatur, etsi porro Lucianus, sicut tot alias res in antiquitate tantopere sibi repugnantes, sic etiam fugam illam pauperta-tis apud Theognidem inde a versu 173 ed. Bek. quippe sapientiae pra-

*) quam vere in pluribus lexicis desidero.

ceptore indignissimam ita vellit et cavillatur in libello: De Mercede Conductis c. 5, ut illius suasorem non excipiat ex ἀγεννεστάτοις τῶν ποιητῶν, quo ergo numero et Pindarus habendus erit, quem toties πλούτου ζῆλον dicere recordor,—nonne nihilo secius de Theognide Xenophonti post verba: Θεόγνιδός εἰσιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως, merito haecce dicere licebat, quae apud Stobaeum ed. Gesn. p. 499 inveniuntur, a Brunckio vero e Reg. cod. rescripta sunt: οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων etc. Athenaeus quidem dicit VII. 17: ἦν δὲ καὶ ὁ Θέογνις περὶ ἡδυπάθειαν, ὡς αὐτὸς περὶ αὐτοῦ φησιν ἐν τούτοις· Ἥμος δ' ἠέλιος...(cf. v. 997—1002 ed. Bek.) et deinde: νῦν δὲ τὸ παιδεραστεῖν ἀπαναίνεται ὁ σοφὸς αὐτός· Εἰ θείης, Ἀκάδημε... v. 993—996. Ex verbis vero ὁ σοφὸς αὐτός id videre est, praeter Gnomologiam nullum aliud opus Theognidis Athenaeo unquam ante oculos fuisse, nec exinde patet, a Theognidis, qualem nunc habemus, forma fuisse diversam illam, quam Athenaeus viderit, quamquam jam tunc non amplius extiterit. Falsa tamen est ratiocinatio Welckeri, qui putat, Athenaeum, quo magis Nostri crimen probaret, pluribus, si affuissent, exemplis usum fuisse. Quasi ita agerent δειπνοσοφισταί omnia tanquam primoribus labris gustantes! Quasi, quum profecto nunc plura exempla adsint, facilius id factum queat cogitari, ad sapientiae praeceptorum collectionem frivola quaedam seriori tempore addita, quam potius plura talia vere ex illis detrusa esse! Quod innuit Camerarii observatio ad v. 373 (ed. Bek.): νῦν δὲ φανερὸν, ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἔχοντα ἐπιγραφὴν ἔπη συναθροισμός τίς ἐστι ποιημάτων διαφόρων, περιαιρεθέντων δηλαδὴ ἐκ τῶν ἐκείνου, ὅσα τινὸς αἰσχρολογίας ἔχεσθαι ἔδοξε καὶ ἀντὶ τούτων ἐμβληθέντων ἄλλων. Ipsas illius loci: εἰ θείης, Ἀκάδημε ..., sordes non esse ferendas censuere interpretes quidam, unde hunc corruptum versum exhiberent jam apud Athenaeum:

εἶτ' εἶησα καλὴν μὲν ἐφήμερον ὕμνον ἀείδειν,

i. e. hymnum deinde (εἶτ') cantare permisi amabilem virginem, unde in Theognidis cod. Aug. εἶτ' εἶησα καλὴν μὲν ἐφίμερον, jamque Casaubonus proposuit: εἶτ' εἴη σ' Ἀκάδημε ἐφ., quod etiam exhibuit Schweighaeuserus.

Quin excerptorum auctor, homo Christianus absque dubio, ut turpi verbo Athenaei: παιδεραστεῖν, abstineret, scripsit: ὅτι περὶ παῖδας ἄγριος ἦν ὁ Θέογνις, Attico genere loquendi usus elegantissimo neque noto in vulgus[14]). Dio. Chrysostomus de Regn. orat. II. (principio fere) Alexandrum rogatum a patre, quid esset, quod solum e poetis Homerum legeret, inducit haec respondentem: τὰ μὲν οὖν ἄλλα ποιήματα ἔγωγε ἡγοῦμαι τὰ μὲν συμποτικὰ αὐτῶν, τὰ δὲ ἐρωτικὰ, τὰ δὲ ἐγκώμια ἀθλητῶν τε καὶ ἵππων νικώντων, τὰ δ' ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι θρήνους, τὰ δὲ γέλωτος ἕνεκα ἢ λοιδορίας πεποιημένα, ὥςπερ δή τινα αὐτῶν καὶ δημοτικὰ λέγοιτ' ἂν συμβουλεύοντα καὶ παραινοῦντα τοῖς πολλοῖς καὶ ἰδιώταις, καθάπερ οἶμαι τὰ Φωκυλίδου καὶ Θεόγνιδος, ἀφ' ὧν τί ἂν ὠφεληθῆναι δύναιτο ἀνὴρ ἡμῖν ὅμοιος? Quis vero cum Welckero exinde concludat, Theognidem omnino nulla amatoria atque convivalia carmina condidisse? Quis non contrarium videt? Nonne in mentem facile possunt, praeter Athenaei verba, verba Suidae in memoriam revocari: καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θέογνις, ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων (n. παραινέσεων) παρεσπαρμέναι εἰσὶ μιαρίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες καὶ ἄλλα, ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος? Quis cum Welckero huc trahat locum Plutarchi (de aud. poet. 2.): τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου καὶ θηριακὰ Νικάνδρου καὶ γνωμολογίαι[15]) Θεόγνιδος, λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥςπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν? Quasi hoc opprobrans, „judicium ad bonam Theognideorum, qualia ferantur, partem non quadrat! Ceteris nimirum potius omnibus poeseos generibus opprobrio antea Plutarchus idem verterat, quod Plato quoque Re-

---

14) Haec ad Athenaei locum illum annotavit Casaubonus, pergit ita: Attici ita usurparunt dictionem ἄγριος. Aristophanis scholia: ἀγρίους καὶ καλαποδιώκτας ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευμένας πράξεις ποιοῦντας.

15) Vitiose in Plutarchi libello ed. a Krebsio 1746 excusum est: γνομολογίας Θεόγνιδος λόγοι. Ceterum nemo plurali numero verbi: γνωμολογίαι, positi pro γνῶμαι vel potius γνωμῶν συλλογὴ, plures gnomologias indicari conjiciet, neque Welckerus fecit.

publ. lib. II: sine figmentis et mendaciis vel fabulis poesin non esse, οὐκ ἔστιν ἄμυθον οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν, itaque poesin didacticam expertem dicit perniciosa illa vi, poetam in errorem incidere falsaque opinione animos corrumpere. Simul quidem ex poeseos sacrario Theognidem nostrum excludit ille Plutarchus, at cum mimis Sophronis et Xenarchi, cum λόγοις Socratis et eorum inventore Alexamene haud melius egit Aristoteles in Arte Poetica, ita de se ipse Plato sentit, de Dion. Halic. Epist. ad Pomp. p. 205 (ed. Hudson.) dicit, ὅτι τὸν ὄγκον τῆς ποιητικῆς κατασκευῆς ἤγαγε φιλοσόφους, ita tamen ut carmina sua igni tradiderit ἐποίησας, ἅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους ἀλλ' οὐ λόγους. Idem evenit Empedocli, de quo Diog. Laert. VIII. 57: ὅτι καὶ Ὁμήρου ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὴν ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος. Quin, idem Diogenes VIII. 63 et Athenaeus XIV. p. 620 affirmant, una cum Phocylide in ore rhapsodorum fuisse Empedoclem illum, qui dicitur in faceta Horatii epistola ad Pisones ardentem frigidus Aetnam insiluisse. Nam licet ejusdem carmina περὶ φύσεως speciem vere quandam poeticam passim prae se ferant, tamen haud magis cum Lucretio, qui idem argumentum tractavit, quam Hesiodi Opera et Dies cum Georgicis, praestantissimo illo ingenii Virgilii monumento, componi poterit. Sed pro nobis loquantur verba F. A. Wolfii (Prolog ad Hom. p. CXXII.) „Legitimi carminis didascalici, id est, ejus, in quo una ars sive doctrina sive aliquod argumentum unum continenti tractatione partium absolvitur, prima specimina reperimus in Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis opp. περὶ φύσεως, quorum utinam fragmenta edant, qui collecta servant. Mox neglectum id genus ab Atticis, qui prosae ad doctrinarum usum excolendae utilius studebant, perfecerunt Alexandrini, a quibus venit ad Romanos et ab horum ingenio nova ornamenta accepit. Huic generi profusum est, non exemplum datum ab Hesiodo et Gnomicis."

At profecto minus ad immixtae Theognideae Gnomologiae portiun-

culas elegiacas respexisse videtur Plutarchus, qui praeterea c. 4. Nostrum a Bione παῤῥωδούμενον commemorat. Neque vero hic scriptor neque Stobaeus, qui toties Theognidis flores legit, neque Aristoteles, qui Theognidis carmina probe cognoverat, nec ullus omnino alius scriptor secreti alicujus a Gnomologia operis mentionem facit illius nomine insigniti. Una cum illis omnibus praedicat etiam Isocrates Theognidis sapientia praecepta (Orat. ad Nicocl.): σημεῖον δ' ἂν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Quanta omnino Gnomicorum, quorum principem Theognidem fuisse constat, auctoritas ubique fuerit, testantur verba Aeschinis (contr. Ctesiph.): διὰ τοῦτο οἶμαι ἡμᾶς παῖδας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐτοῖς χρώμεθα. Eoque minus aliquis ex illis poetis excipere poterit Theognidem, quum praeter ceteros fortasse propter amores, quos immiscuerat, lusus et aenigmata, qualia ei etiam ab Athenaeo adscribuntur, tanquam mella poetica, quae Horatius dicit, juveniles mentes allicere calleret. Ob id ipsum repraesentat γνωμικώτατος ille ceteros apud Platonem Lib. I. Legg. ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν Θέογνιν. Denuo poeta laudatur Theognis ab ipso Socrate apud Platonem in dialogo Menone, in fine c. 35. Σωκρ. Ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταῦτα λέγει; Μέν. Ἐν ποίοις ἔπεσιν; Σωκρ. Ἐν τοῖς ἐλεγείοις, deinde plures versus sequuntur, quorum unum distichon etiam repetit Graecorum sapientissimus in Memorabilibus suis apud Xenophontem lib. I. c. 2. §. 20. praepositis verbis: μαρτυρεῖ δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ὁ λέγων, idemque in Symposio Xenophontis c. 2. Conf. Arist. Eth. Nicom. X. 12. Muson. Stob. p. 371, 50. et Clem. Alex. Strom. V. p. 677, 32. Sed examines mecum etiam editoris Platonici dialogi, quem modo nominavi, hancce conjecturam: „Apparet hinc (nempe ex verbis: ἐν ποίοις ἔπεσιν et ἐν τοῖς ἐλεγείοις) Theognidem alia quoque poemata, heroico, ut videtur, metro scripsisse.“ Ad quae quidem nos illud repetimus: quasi scriptores ullibi tradant aliquid, Theognidem alia quoque poemata, quoquo metro, scripsisse praeter τὰ ἐλεγεῖα (ἔπη) sive Gnomologiam! Nec hanc

quidem Meno noverat, juvenis ille ἐκ τῶν τροφώντων, qui et alibi et nostro loco se pro illiterato gerens a Platone exhibetur, dum quaerit e Socrate: ἐν ποίοις ἔπεσιν pro: τίνα ποιητὴν ἑλέξας. Quin etiam interpres nescio utrum dicam: ipse se refellit, an: sibi repugnat verbis sequentibus: „Verbum autem ἔπη latiori significatu elegos etiam comprehendit.“ En, quis post illud: „Hinc apparet“ exspectarat illud: „autem?“ Omnino autem totam illam conjecturam silentio transire potuissemus, quum nondum ullus interpretum eam in usum suum converterit.

Sed profecto vereor, ne lectori hucusque plus jam duae vocis et spiritus contentiones et remissiones opus fuerint patienter exspectanti, dum esset actum de nova illa Reliquiarum, quae inscriptae sunt, distinctione in gnomas ad Cyrnum et gnomas ad Polypaedam, — quae quidem etiam volenti difficillima fuisse videtur, quum ipse Welckerus pag. C. dicat: quae Polypaedae nomen prae se ferant sententiae, convenire eas quidem et dictione et argumento majorem in modum cum Theognideis quibusdam ad Cyrnum — praeterea in Convivalia et Sympotica, quorum ita secernendorum imprimis Dion. Chrys. verba, supra memorata: τὰ μὲν συμποτικὰ αὐτῶν τὰ δὲ ἐρωτικά, ansam dedisse neminem fugiat, in Epigrammata denique, Parodias et Musam puerilem. Itaque plerisque omnibus, quae ad universum opus Theognideum spectabant, argumentis absolutis, cetera, quae fortasse desiderari adhuc dicantur, quo minus consilio a nobis omissa dicantur, una comprehendemus probaturi novum, quo singulos excipi versus Welckerus voluit, ordinem, quem ut adornaret sex maxime rationibus sese adductum p. CIII. profitetur, quasi ipse senserit, unam vel duas non fore suffecturas, quibus excusaretur tam nova et vere inaudita rerum huic aevo traditarum perversio vereque ejusmodi, ut ne Heinsii quidem parem vel similem unquam instituere conati sint, multo minus autem cum ista comparandae sint deformationes, quas in singulis locis Cicero debet Lambini, Horatius Bentleji, Tacitus Lipsii aucupio — modo syllabarum. Vides, me nihil admirari nec eos quidem philologorum, quibus quidem

multo me inferiorem nec tamen tanquam antesignanis gloriandum esse censeo. Quare jocose potius quam maligne, dum, quo coepi, pergo, primum sic interrogare liceat:

Nonne pro Sphinge ipsa aenigma Theognideae gnomologiae habuisse videntur, qui hanc a se ἀνάφαλον positam esse gestiunt? Nonne libri nostri conditor, sive Theognis sive alius, quem tamen haud ita multo post illum, certe ante Christi de sacris doctrinam evulgatam vixisse oporteret, quam nusquam redolet, nonne, inquam, ex lege non solum ab epopoeiae auctore, Homero, constituta, ut jam Quintilianus dicit X, 1. sed etiam ab Hesiodo agricola et Solone observata in introitu poematis tanti ambitus prooemium praelusisse putandus est a deorum invocatione exorsus? A quibusnam viris doctis antiquitatem amplectentibus, quibus sanctum vetus omne poema, gratiam iniisset is interpretum, qui omnes hujusmodi hymnos praecidisset ab operibus poetarum a rhapsodo recitandis, etsi ab hoc ipso praefixos vel ad singulas quasdam partes illorum continendas intercalatos viva etiamdum veterum Graecorum natione eaque auscultante illos, ita ut exordium cum primogenio opere vere coaluisse videatur, quod comparandum est deinde quasi cum tragoedia ab ipso histrione scenae accommodata! Decantatos autem esse non solum Empedoclis carmina, sed etiam Gnomicorum, ex quibus sunt Hesiodus, Phocylides, Theognis, jam supra commemoratum et ab ipso Welckero expositum est p. XCVIII et XCIX. Sed utut haec sint, simili modo apud Hebraeos introducimur tum in sententias Salomonis nomine insignitas (cf. cap. I. v. 5. 6. 7.) tum in libellum ejusdem regis sapientia inscriptum nec nisi a laude Dei, quippe unde omnis virtus proficiscatur, ipse proficiscitur Jesus Siracida. Neutiquam vero alieno auctori, sed vere Theognidi tribuit Welckerus prooemium, quale hucusque illud fuit, ab ipso, quod incredibile videatur, in plures particulas dissolutum, in pluribus multo remotioribus locis collocatas, quin diversis poematis assignatas. Aliud contra initium, quod nullum est, constituit secutus Xenophontis voluntatem apud Stobaeum pag. 499. ed. Gesn.:

Θεόγνιδός εἰσιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων· καὶ ἔστιν ἡ ποίησις σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων· ὥσπερ εἴ τις ἱππικὸς ὢν συγγράψειε περὶ ἱππικῆς. ἡ γοῦν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως ὀρθῶς ἔχειν. ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ὥστε γὰρ οὔτε ἀνθρώπων, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γενόμενα ἀγαθὰ εἴη, ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζώοις χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῇ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως γενναιότατα ὦσιν. δηλοῖ δὲ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν

Κείους μὲν κῆ) ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, κῆ) ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθοῦ
κτήσασθαι[16]), γῆμαι δὲ πανὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει

---

16) In plurimis edd. Theognidis pro κτήσασθαι receptum βήσεσθαι, quod etiam omnes codd. Bekkeri exhibent, sed interpretes multi non recte comprehenderunt. Brunckium offendit hoc, quod βούλεται cum futuro tempore compositum sit. Sed Schaeferus, verbis hujus generis et constructionis pluribus enumeratis, ita corrigit errorem philologi Graece doctissimi, qui tamen hujus linguae notiones temporales earumque subtilitates adeo non perspectas habebat, ut nesciret dici posse: βούλομαι βαίνειν, βούλομαι βῆναι et βούλομαι βήσεσθαι. At neque Welckerus recte vidit, si conjicit, posse dici βούλομαι βήσεσθαι, dum βήσεσθαι sit hoc loco verbum, ut ita dicamus, factitivum. Neque est illud tale, quum haec significatio sit in βήσω et vere ridiculum esset, si quis diceret, ut ipsius exemplo utar: eine Stute, Hündin belegen pro: belegen lassen. Neque poterat denique, quod simul Welckerus censet, βήσεσθαι passive accipi. Nam falsissimum est, si qui Grammatici talem confusionem significationum concedunt, haud magis verum, quam dicismat pro amatur, vel: fungitur pro: administratur, quia dicatur vapulo passive et crimino interdum quoque passive. Aliud quid est φοβοῦμαι, unde aor. ἐφοβήθην, aliud quid ἐκομήθην, ad quas praepositio poterit addi ὑπὸ vel διὰ, nunquam ad: φοβήσομαι. Aliud quid Eurip. Phoeniss. 229: ἂν ἔρης τάχ' εἴσεται φίλων, quod Bothius vertit conspicietur. Praestaret: apparebit, nam id significat εἴδομαι, ita ut vix audeam addere: videor, nam nunquam ὑπὸ apud εἴδομαι inveniemus, sed pro: apparere saepius, ut Eurip. Iph. Aul. 970. τάχ' εἴσεται σίδηρος, quod falso vertitur: ensis hic fortasse nove-

ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἢν περ χρήματα πολλὰ νεμῇ.
οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνειὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ. πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Quasi hunc locum ignoraverit ille, quem Welckerus censet (p. CII.) carmina Theognidea undique corrasisse et consarcinasse, neutiquam vero eam collectionis rationem instituisse, ut ex pleniore uno quodam opere seu integra adhuc gnomarum compagine enotarit, nam tunc, sententias, quae ejusdem argumenti essent, si unquam in priore aliquo et majore opere inter se continuissent, nunquam serius adeo divulsas et confusas esse earum locis ita commutatis, verisimile esset, sive illam cummaxime sententiam e Stobaeo sive e Xenophonte sumsisset. Quasi auctorem poematis, quo tot materiae tamque variae tractarentur, com-

---

rit; ita Aeschyl. Choeph. 302: εἰ δὲ μὴ, τάχ' εἴσεται. Sophocl. Oed. Tyr. 1487: εἴσομαι κλύων, quod Bothius falso vertit: sciam, quum audiero, pro: apparebo auscultans. Similiter se habet εἴδεται Il. I. 228. pluraque hujus modi apud Homerum. Similiter similia sunt interpretanda, salva forma et significatione medii, aliter autem illud Theocriti I. 26. quamquam Kiesling apposuit: Futurum medii pro passivo, nam ποταμέλξεται forma est similis Latinae: pascetur et significat: lässt sich melken, sicut: στεφανωσάμενος: der sich hat in Olympia bekränzen lassen. Tamen hoc exemplo usus est Matthiae in Gram. Gr. p. 660. etiam verbo: διεφθάρατο ex Herodot. VIII. 90. quod tamen jam rectius excuditur. Aliaque quae Buttmannus in Gram. Gr. commemorat, nostrae sententiae non officiunt, sed ut ad βήσεσθαι redeamus, passiva singnificatio, etsi inesset, ne apta quidem esset Theognidis gnomae, nam sibi respondent βήσεσθαι et γῆμαι. De passivo vero cogitarunt inde interpretes, quia desiderabant, quod dicitur, subjectum ad βήσεσθαι, non intellexerunt; ἐξ ἀγαθῶν esse pro: ἀγαθούς, unde jam H. Grotius elegantissime et omnino praeclare Latine illa reddidit: nec de semine degeneri admissura placet. Weber: und es mag Jeder aus wackerer Brut gern sie erziehn.

modo atque digne verbis illis κρίους μὲν καὶ ὄνους omninoque ex singulari quadam gnoma, nisi a Diis et Musis exorsum esse Xenophon credere potuerit! (ἄρχεται πρῶτον). Operis potius Theognidei sectiones, quarum jam supra a Brunckio, Bekkero aliisque nec sine vetustissimorum codicum auctoritate periculum factum esse laudavimus, confirmat. Itaque in tali aliqua sectione exorditur poeta, dum more, etiam aliorum in ore non insolito, rationem pecorum armentorumque committendorum malis illis civium suorum conjugiis opponit modo ditioris dotis gratia contractis, unde Xenophon addit post illos versus haecce: ταῦτα τὰ ἔπη λέγει (ὁ ποιητής), τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐπίστασθαι γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων κατὰ γίγνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων κάκιον ἀεὶ, μιγνύμενον τὸ χεῖρον τῷ βελτίονι· οἱ δὲ πολλοὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν οἴονται τὸν ποιητὴν πολυπραγμοσύνην τῶν ἀνθρώπων κατηγορεῖν, καὶ ἀντὶ χρημάτων ἀγένειαν καὶ κακίαν ἀντικαταλλάττεσθαι εἰδότας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἄγνοιαν κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων περὶ τὸν αὐτῶν βίον. Theognis vero ante illos versus ultimo de paupertate ita questus est, ut mortem dicat illi praeferendam, non ergo sunt divitiae nuptiis comparandae. De his contra loqui pergit etiam post versus illos octo a Xenophonte fine quasi non imposito abruptos. Quare merito editores spreverunt Stobaei, fortasse memoriter illa repetentis, lectionem hancce: κύνας μὲν δὴ νῦν pro κρίους μὲν καὶ ὄνους, aliasque plures, interpretis potius manum redolentes. Sed etiam id oportuisset, Brunckium sibi constitisse, qui χρήματα γὰρ τιμῶσι pro χρήματα μὲν τιμ. e Stobaeo sumsit in Theognidis editionem, quod in usum suum iteravit Welckerus, ut abruptio illa sanciretur. Brunckius autem debuisset id videre, quod Bekkerus vidit et Gaisfordus, versui 189:

χρήματα μὲν τίμῶσι καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ. πλοῦτος ἔμιξε γένος,

oppositum esse versum 196:

χρήματα δ' ᾧ Διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται
καὶ καθαρῶς, αἰεὶ παρμόνιμον τελέθει.

Nec possum quin id quoque mihi perplacere profitear, quod Bek-

kerus codicis Mutinensis fide, motus novam sectionem, etsi, quantum ad sensum attinet, arcte cum antecedenti cohaerentem, incepit inde a verbis: χρήματα μὲν τιμῶσι, quo arctius cum sequentibus versibus conjungeretur. Nihilo vero secius luculentos illos versus nunc ita distributos videmus, ut, quos Bekkerus inde a versu 183 [17]) ad 190 exhibet, Welckerus exhibeat inde a 1 ad 8, quos ille a 191 ad 192, hic ab 895 ad 896, quos ille a 193 ad 196, hic a 9 ad 12, quos ille a 197 ad 208, hic 137 ad 148. Quis vero non mecum plorans simul et ridens a prima illa Welckerianae vellicationis et seditionis potius quam editionis ratione jam ad alteram transeat, quae haec est:

Plato Menon. 36 c. (p. 95 E.) Theognidem post v. 33 — 36. vet. ed. mox (ὀλίγον μεταβάντα) adjecisse ait eos, quos illic habemus v. 435 — 438. Nonne autem, si vere undique a seriore libri Theognidis nomine affecti conditore sententiae illae ordine, quasi tempestate quadam summis infimis mixtis, tam perverso, quo denuo perverso genuinum contextum restituere aut certe proxime ad illum accessisse sese jactant recentissimi interpretes, arcessitae essent, id jam mirum esset, quod versus illos a 435 ad 438 pone versum 33 et 36, non ante illos posuit? Imprimis quum ille, si cum Welckero facimus, ne Platonem quidem ante oculos habuisse censendus sit. Quemadmodum enim ignotum illum fugere potuisset illud ὀλίγον μεταβάς? Quare ut has quoque poematis partes loco suo inter se reconciliaret Welckerus, loco, quem obtinuerunt hucusque, motos ita alteros alteris propius admovit, ut exhibeat illos inde a v. 53 ad 56, hos vero inde a v. 263 ad 265, aliis insuper quondam remotissimis versibus ita investitos, ut Saturnalibus interesse videantur. Sed soritae sorites opti-

---

17) qui est apud Brunckium 185, quamquam in ejus edit. Lipsiae repetita ob vitium typographicum legitur 85 pro 185, ut antea 80 pro 180, et infra in loco e Stobaeo transscripto: βουλεται pro βουλεται.

me opponitur. Quare Welckero, qui demit unum atque etiam unum versum, adversarius

dum cadat elusus ratione cadentis acervi,

haecce philosophi verba (Acad. Quaest. Cic. IV. 23.) pro nobis respondeant: „Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus: Quatenus. Nec hoc in acervo tritici solum, sed nulla omnino in re minutatim interroganti: dives, pauper, clarus, obscurus, multa, pauca etc. quanto aut addito aut demto certum, quod respondeamus, non habemus." Nonne enim ibi, ubi ducenti versus pauci dicuntur, item duplicatum numerum dictum esse credamus? Similia exempla afferri, nemo volet, vernaculo vero sermone *in ἄλλους ὀλίγον μεταβάς* transferremus: an einer andern Stelle etwas weiter hinten, quod profecto dici omnino nequivisset, nisi de poemate Theognidis ut de ampliori cogitatum esset. Jam ergo propterea eo longius illarum sententiarum alteram ab altera remotam fuisse verisimile est, quod altera alteri contraria erat, unde Socrates: *ἐνθύμῃ, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν ταναντία λέγει.*

Quod Welckerus, tertia quasi haec appareat ratio mutandi versuum ordinis, suspectum Theognidei libri auctorem criminatur eos versus, qui clausulae imponendae unice apti sint, propterea ut operi suo quodammodo pro lemmate essent, in fronte posuisse statim post epigrammata, quibus invocationem deorum in epica poesi solennem imitari voluisse videatur, jam supra de hac ulteriore criminis parte exposuimus, ubi praeter Homerum etiam Hesiodum agricolam et Hebraeorum Gnomicos pie numinis memores praeceptoris munus adiisse dicebamus. Hoc vero loco, quod recentissimus tandem editor pro clausulis habet ea, quae omnibus hucusque, qui de Theognide judicarunt, in fronte ponenda esse videbantur, nihil antiquius habeo quam ut divinum illud operis initium, quale fuit ante Welckerum, proxime excipiat tum expositio et

nominis et patriae poetae, tum allocutio Cyrni et Polypaedae. Nomen enim scriptoris, sive ab ipso sive non ab ipso, praepositum videmus ex certo quodam more aliis quoque Graecorum operibus vel prosaicis, unde illud: καὶ τόδε Φωκυλίδεω fere cuivis Phocylidis sententiae praefixum, et illud μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου. Ipse Valckenaerius dum de hac antiqui moris in exordiis simplicitate mentionem facit, comparavit Theocriti verba (ad Idyll. I 64.)

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,
Θύρσις ὅδ' ὤξ Αἴτνας, καὶ Θορσιδύς ἅδ' ἁ φωνά,

cum Theognidis verbis inde a. v. 19. (vet. ed.) tanquam libri initio, etiam Phythagoricum ἱερὸν λόγον his verbis exorsum: ὅδε περὶ θεῶν Πυθαγόρα τοῦ Μνασάρχω, et Hecataeum in fronte operis scribentem: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται (Demetr. 2. ep. ad Ptol.) Sed ad haec exempla, jam a Welckero allata, etiam nos quaedum addamus. Nonne Catullus suaves illos versus, quibus Cornelio libellum dedicat jam antea confectum, huic tamen praeposuit? Conferantur etiam initia operum Herodoti, Thucydidis, Proverbiorum Salomonis, ejusque Concionatoris, quos libros propterea quoque denuo nomino, quum in altero illo priori Salomonis etiam allocutio: Mi fili, quae deinde mutato numero: Mei filii, toties redit, jam octavo versu inveniatur illico pone Dei laudes. Maxime huc pertinet Hesiodus, qui in Opp. et D. fratrem Persam primum alloquitur versu 10: ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην, prius invocatis tum Musis, ut Jovem patrem celebrent, tum versu 8 invocato ipso Jove. Num autem Jovis celebrandi gratia fortasse Operum et Dierum poema condidisse poetam credamus? Nihilo minus Welckerus putarat, Theognidem, si vere Apollinem ita invocasset:

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος, οὔ ποτε σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος οὐδ' ἀποπαύομενος,

ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν
ἀείσας· σὺ δέ μοι κλῦθι καὶ ἐσθλὰ δίδου,

deinde omnino laudem deorum canere debuisse, cujus simile quid Kallius [18]), qui addit se facile assensurum esse, si quis Theognidi versus illos, deorum invocationem continentes, abjudicandos probaret. Quasi non additum sit illud:

σὺ δὲ μοῖ κλῦθι καὶ ἐσθλὰ δίδου,

sicut apud Hesiodum:

κλῦθι ἰδὼν αἴσῃ τε, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας,

Opp. et D. 9. cf. Solonis περὶ ἀναισυνης fragm. ap. Stob. serm. IX.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν etc.

Benigne quidem Welckerus et illos versus Nostri a 1 — 18 (ed. vet.) et a 20 — 24 in libro nostro sivit manere, non ejecit, sed alio, ut illos ita etiam hos, et quidem in finem Gnomarium Theognidearum relegavit. Videbit autem quivis facillime praeter Welckerum et Weberum,

---

[18]) M. Abrah. Kallius Reg. Acad. Hafn. Biblioth. Specimen novae editionis Sententiarum Theognidis Megarensis, poetae antiquissimi, jam anno 1766 Gotting. et Goth. apud Jo. Chr. Dietrich ediderat plurimis subsidiis instructus. Sed commentarius, quem ad 36 primos versus adjecit simul latine versos, haud magni momenti est, nec promissis deinde stetit, quamquam exeunte demum anno 1822 mortuus est Hafniae.

quam bene iidem cum sequentibus inde a 25 ad 28 cohaereant, quum ad hos traducat sententia, non licere poetae sperare, ut omnibus placeat. Sed etiam utraque ista disticha a v. 25 ad 28 procul a pristino hoc loco removit Welckerus, apud quem alterum invenies inde a v. 881 ad 882, alterum vero a v. 59 ad 60, ipse enim hocce posterius:

Σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷά πέρ αὐτός,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ' ἐὼν ἐμάθον,

propter tempus in: ὑποθήσομαι et Theognidis κλῦθι, propter modum denique imperativum in δίσατ' ἔπος v. 16 (vet. ed.), non ut praeteritum sed ut futurum expressum ineunte potius quam exeunte libro ponendum esse senserat. Id ipsum vero verba quaedam versuum inde a 19 ad 24 requirunt, ut de proposito cogitetur, intelligo illud: ἐπιπείσθω, quod menti nostrae revocat illud Hesiodi μυθησάμην. Invitus assentitur Weberus, qui versum:

Κύρνε σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπιπείσθω
τοῖσδ' ἔπεσι,

ita transtulit:

Kyrnos, was ich Lehrreiches gesagt, dem will ich ein Siegel
Jetzt aufdrücken.

Sed quanam in re cernitur illa sigilli vel signi expressio? Nonne in sententiis enuntiandis, quibus mens et sensus poetae insigniatur, ut nemo amplius in civitate de eo falso sentiat. Quare modo ne Weberus illud σοφιζομένῳ transtulisset: was ich Lehrreiches gesagt, nam non legitur; σοφισαμένῳ modo illud τοῖσδ' ἔπεσι reddidisset: per haec dicta. sed sese accommodavit Welckero, qui, quum Jacobsius dixisset: hos versus in fine Eclogarum positos fuisse suspiceris, statim persua-

sissimum habuit, ita illos textui esse insuendos. Cum ceteris veteribus interpretibus Elias Vinetus reddidit illa verba sic: docenti sigillum imprimatur carminibus[19]). Sin vere de lemmate quodam Gnomologiae Theognideae cogitare licet, invenitur illud pone deorum demum invocationem, pone nominis auctoris enuntiationem atque allocutionem Cyrni et Polypaedae, versibus 29 et 30 (ed. vet.): Πέπνυσο etc.[20]) quos excipiunt deinde hi: Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι etc., qui ita in fronte libri multo melius, quam quo eos, tanquam in desertam solitudinem, relegavit Welckerus (v. ej. edit. vers. 87 — 88), suffragati essent iis, quae idem in Proleg. inde a pag. XVIII. usque ad XXXIII. de vocabulis Ἀγαθοί et Κακοί exposuit, quae quidem sensu morali apud Nostrum parum obvia esse dicit, ita ut tandem addat: Nobilium filiis scripsit poeta. Quam quidem opinionem Weberus p. 538. tum aliis tum illis verbis: der Geist dieser Gedichte ist aristokratisch, magnopere probat, neque mihi prorsus alienum videtur illud judicium a veritate, quamvis, quum Gnomologiam talem, qualis nobis, amoribus et lusibus nec prudentiae modo sed

---

19) Ita etiam Camerarius: ὁ νοῦς, τὰ μὲν ἔπη ταύτῃ τῇ ἐμῇ σοφίᾳ ὥςπερ σφραγίδι κατασημανθέντα, εὔγνωστά τε καὶ διάδηλα πᾶσι etc. et secuti sunt Camerarium Kallius et Koeppen in: Lyrische Blumenlese p. 68. Quem tamen sensum Welckerus p. 121 illis versibus subjicit, quasi hoc dicat poeta: „nomen meum appono, quo, tanquam sigillo hisce versibus sententiarum mearum impresso, vindicentur illae ab imitatoribus aliena usurpantibus," equidem vero, quemadmodum vere nomine modo apposito id omnino cautum sit, non video. Nonne contra Theognis optare debebat, ut quivis ita sentiret et diceret sicuti ipse?

20) Sine dubio autem hocce prooemium quibusdam interpretibus non satis artificiosum apparet. Sed qui ita judicant, iis hic repeto verba aestimatoris scriptionis: Homerische Vorschule v. W. Müller 1824 (in Götting. Gelehrt. Anz, 1827 3. u. 4. St.): Die beiden Prooemien der Hom. Gedichte sollen erst, nach M., zu Pisistratus Zeiten entstanden sein, was niemand glauben wird. Dabei der oft wiederholte Irrthum, als wenn die Prooemien vollständige Inhaltsanzeigen sein müssten; die aeltesten hatten einen viel poetischern Charakter.

etiam sapientiae praeceptis composita tradita est, intueamur, etiam negemus necesse sit, illius consilium unum fuisse, nisi forte, quae sibi voluerit poeta, comprehendenda sint verbo illo amplissimi significatus: πέπνυσο, quod quidem, ita in initio versus novae poematis sectionis positum una cum illis: Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ, Φοῖβε ἄναξ, Ἄρτεμι[22]), Μοῦσαι καὶ

---

[21]) Haec sola vox in mentem revocat difficultatem, quam omnino in illius numinis invocatione invenerint interpretes ob verba: Ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διάς, ἣν Ἀγαμέμνων ἵσατο (ἵσαθ', ὅτ' ἐς Τε. etc.) Turnebus volebat scribi: ἥσατο augmento Attico ut ἤκαζον, alii ἵσατο cum accentu Jonico, sicut ἔδος pro ἕδος, ita etiam cod. Aug. A. Matthiae in Obss. in quosd. poet. Gr. loc. c. 12. ἵσατο vertit: cognovit, expertus est. Illud: cognovit etiam in cod. Mut. supra scriptum, refert Bekkerus, addens: Quod verum videtur. Etiam Schegkii translatio ad Hertelii editionem addita exhibet: Atridae cognita diva. Sed non convenit prooemio, ut irae numinis, qua agitaretur Agamemnon, mentio fiat. sed potius de dea reconciliata sermo est, unde: ἔπλεε νηυσὶ θοῇσις. Quare jam Vinetus dedit: quam A. *placavit*, Just. *posuit* (*placavit statua posita*), Weber: *die Agamemnon geweiht*, Welcker: dedicavit. Provocat Canterius ad Scabon. XIV. fol. 440 et Callimach. hymn. in Dian. 228. Seber ad Pausan. Att. p. 41 9. (I. 43 1.) Haec quantum ad historiam, quantum vero ad usum verbi, provocatur ad Suidae ἀνέθηκε pro ἵσατο, ad Hesych. ἱδρύσατο, ἔκτισεν, utrumque pro ἥσατο. Exemplum quod praeter illud Pindari Pyth. IV. 16: ἔσσαντο τέμενος, Welckerus adtulit ex Herodot. V. 67: καί μιν (Menalippum) ἵδρυσε, simul arguit, ἵσατο etiam apud Nostrum commode ad deam, etsi in allocutione, pro ipsius statua positam referri, quam quidem dubitationum jam Kallius (Specim. p. 15) scite et docte solvit. Brunckius ne verbum quidem ad hunc locum, quasi debeamus confugere ad ea, quae dicit ad Eurip. Hippolyt. vers. illum (31) ναὸν Κύπριδος καθίσατο. Simul provocat idem ad Apollon. IV. 1219: βωμοὶ, τοὺς Μήδεια καθίσσατο. Novissimum, quod addi possit, exemplum ex hocce libro sumo, qui prodiit anno 1826 Parisiis: Reisen und Unterſuchungen in Griechenland, nebſt Darſtellung und Erklärung vieler neuentdeckter Denkmäler Griechiſchen Stils und einer krit. Uebersicht aller Unternehmungen dieser Art von Pausanias bis auf unſere Zeit, von Bröndſtedt, cujus libri auctor invenit apud Zeam in monumento inscriptionem: ΑΑΚΙΟΣ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΕΙΣΑΤΟ.

κάρηνες et κύρνε, quod quidem nomen etiam postea plures tales sectiones incipit, tantum ponderis habere debet, ut omne lectoris scrupulum tollatur, utrum genuina nobis tradita sit versuum Theognideorum series necne.

Tamen dubitationem Welckeri imprimis aluisse videtur confusio nominum Cyrni, et Polypaedae. Quare utrumque distincturi, priusquam rationum illarum veteris ordinis pervertendi sextam percenseamus, jam hanc tractemus: Per anonymum fragmentorum Theognideorum conditorem, in eadem, ut literatum ageret, immodice grassatum, factum esse, ut versus ad Polypaedam scripti annexi sint gnomis ad Cyrnum. (v. Welck. ed. p. CIII.) Jam supra vero de integra operis forma loquentes non dignam duximus illam Welckeri divisionem, quam refutaremus, quum nulla antiqui alicujus scriptoris nec Suidae quidem, jam nimis multa Theognidi poemata tribuentis, indicio nitatur, separatim extitisse Theognidis γνώμας πρὸς Πολυπαίδην. Quamobrem si quis acquiescit in ratione ex suo ipsius tantum sensu et arbitrio promta, patietur idem et alterum proferre contra se, quid sentiat et arbitretur. Possem quidem subito in usum meum convertere, quae apud ipsum Welckerum p. CI. leguntur: „Jacobsius quidem Polypaedam a Cyrno diversum esse statuit. Non me fugit Archestratum Gastrologiam ad amicos duos, Moschum et Cleandrum, misisse (Athen. VII. p. 278 E.), quorum illum in fragmentis (ibid. C. et III. p. 111. F.) bis solum alloquitur, et Empedoclem, qui in Physicis Pausaniam, medicum et amicum, auditorem suum facit, apostrophe uti ad Telaugen, Pythagorae filium.“ Sed diversas in his videri fuisse rationes, concedam Welckero, ita tamen ut interrogem: Quidni auctori Gnomologiae, non de uno argumento sed modo de re publica et patria, modo de cautione, de insolentia, de paupertate multisque aliis rebus plurima judicia eaque interdum sibi contraria et ex diversissimorum hominum judicandi ratione ferenti, plus decem auditores fingere liceat et alloqui? Primum ergo in eo peccatum est a recentissimo

editore, quod Nostri gnomas inscripsit: πρὸς Κύρνον, nam etsi ad hunc plurimae illarum spectant, aliae tamen spectant ad alios, ut ad Simonidem, Onomacritum, Damoclem, Clearistum, Theotimum, Academum et Argyrin, quorum nomina jam Camerarius aeque atque Cyrni nomen ficta censet eodem fere modo, quo Hermannus usus est in dissertationibus suis tum de Mythologia Graecorum antiquissimorum (Lips. 1817.) tum de historiae Graecae primordiis (Lips. 1818.). Scaliger et Fabricius Polypaedam ipsius Cyrni nomen patronymicum statuerunt. Illis Welckerus opponit: „Sed utrumque nomen semper, quantum scio, et in Deorum invocationibus et in hominum alloquiis conjunctum invenitur, ut Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ, Ἐρασμονίδη Χαρίλαε apud Archilochum, Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη in oraculo apud Herodotum VI. 86. Στρεπτίου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες ap. Anacreontem, Αἰσχυλίδα Θεόδωρε in Anthol. Pal. (p. 507. 2.) Ita etiam Empedocles Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι, δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ." Sed ut illud Ἰαπετιονίδη sine nomine proprio apud Hesiodum tum Opp. et D. v. 54 v. tum Deor. Gen. v. 543, ita occurrit apud Homerum Δυσκαλίδη Il. XIII. 307. et illud Ἀγελίδη et Πηλείδη toties, ut timeam, ut intellexerim, quid Welckeri sententia sibi velit, quin etiam multo magis miror dubitationem ejus, cur non, aliquis alios dum alloquitur, i. e. casu vocativo, eos patris nomine honorare queamus ita, quemadmodum ceteris casibus et rectis, quos dicunt, et obliquis fieri solet. Nec tamen a Theognide nomen patronymicum veterum epicorum poetarum more usurpatum cum philologis istis suspicor, utpote neque aut deum aut heroem alloquente, sed sibi amicissimum. Nec mihi, sicuti Welckero, repugnare singuli illi nec falso esse annexi a compilatore versus videntur, quos, licet partim Polypaedae nomine, in ampliorem sententiam colligatos videmus in editionibus veteribus, imo potius non satis possum admirari, quam probe utraque illius pars alteri respondeat, cf. ed. Brunck. v. 25. 57. 79. 193. Quare quum distichon, quod ultimo indicavimus:

Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαΐδη, ἀστῶν
μαυροῦσθαι, σὺν γὰρ πίσσεται ἐσθλὸ κακοῖς,

optime, quemadmodum prius erat insertum, cum antecedentibus et sequentibus cohaereret, nunc, a Welckero illinc evulsum, omni vicinitate destitutum legimus inde a v. 895 ad 896, ita ut non amplius habeamus, quo illud οὕτω referatur. Aeque incommoda, ut mihi videtur, ratione versus 25 et 26 (vett. ed.) ex circumscriptione prooemii ejectus exulat Welckero jubente inde a. v. 881 — 882. Accedit quod Hesychius et Themistius versus quosdam ad Polypaedam omnino Theognidi tribuunt nullo variorum poematum discrimine significato, et profecto inter ambo, si duo extitissent, necesse fuisset interesset aliquid sive ad illorum materiam et consilium sive ad dictionis rationem pertinens, sed ipse dicit Welckerus: „quae Polypaedae nomen prae se ferunt sententiae, conveninnt cum Theognideis quibusdam ad Cyrnum.“ Quorsum vero duas ejusdem argumenti gnomologias condiderit poeta, multo minus intelligitur, quam verisimile est, eundem plures simul familiares alloeutum esse, imprimis quum supra demonstraverimus, ad Cyrnum cummaxime nec unquam inscriptam fuisse ab auctore nec a nobis inscribendam esse Theognideam gnomologiam, in qua quum nullam sententiarum continuationem inveniret Welckerus, tanquam quinta ratione motus novo ordine disposuit.

Sed etiam hoc jam supra indicavimus, talem, qualis ab illo desideraretur, nexum ibi non esse quaerendum idque pro natura poeseos praecipientis et quidem sententiosae. Quare quum non concedat Welckerus, ut ipsa Theognidis γνωμολογία in hac causa exemplo sit, tum ad Hesiodi Opp. et D. provocemus, de quorum argumento tam uberi jamjam mentionem fecimus, tum ad Solonem ceterosque gnomicos, quos dicunt, Graecorum poetas, tum ad Dionysii Catonis disticha de Moribus ad filium, quibuscum haud raro sunt editae L. Annaei Senecae et P. Syri Mimi singulares sententiae. Cui vero hasce hinc illinc collectas, etsi vario modo illas excudendas curarunt editores, aliter conjungere contigit hucusque, quam ordine elementari? Exinde vero serioris cujusdam manus sedulitatem cognoscas. Idem ille Dionysius

Cato in linguam Germanicam jam ante seculum quintum decimum translatus effecit, ut etiam apud nostrates mox vernaculi poetae hujus generis prodirent. Minimeque possum, quin afferam subactissimum illud de Freidankii nostri Gnomologia (Spruchgedicht) judicium Eschenburgii in monumentis veteris poeseos Germanicae, ab ipso editis: „Der Gnomolog Freidank schrieb unstreitig eins der schätzbarsten Denkmäler der altdeutschen Lehrpoesie, welches ehedem ein ausgezeichnetes klassisches Ansehen hatte, man hielt damals auf keinen Spruch etwas, den nicht Freidank gedichtet. Freidanks Spruchgedicht. 4138 Verse. Unentschieden ist es, ob wir ihn, noch ohne alle Aenderung besitzen, oder ob blofs einige Ausdrücke in Schreibarten verändert sind Aufser der Verschiedenheit der Zahl der Verse in den verschiedenen Exemplaren ist auch die Ordnung verschieden und es bestätigt sich mehr und mehr die Vermuthung, dafs das Ganze ursprünglich nichts Anderes sei, als ein Cento zerstreuter und in willkürlicher Ordnung gestellter, vielleicht auch schon von ihrem ersten Urheber ohne Plan und bei zufälliger Gelegenheit nach einander aufgezeichneter Sprüche. Wirklich scheint es mit diesem Gedichte ganz das Bewandtnis zu haben, wie mit den gnomischen Versen der Griechen, die, wie man weiss, nur ein scheinbares Ganze bilden.“ Verba vero illa literis latiori intervallo eminentibus impressa ad Theognidem referri posse inprimis exinde apparet, quod in Theognidei operis exemplaribus, licet ubique, testibus Platone, Isocrate, Aeschine aliisque, ab antiquissimis inde temporibus divulgatum esset, idem semper ordo versuum hucusque repertus est. Similes sententiarum et veritatum quasi collectiones in Gallia a Provincialibus, quos dicimus, nomine Mots, ab Italis deinde Frottole insigniebantur. Hebraeos vero constat amplissimi regum suorum nomine tale poeseos praeceptivae vel didascalicae apud se opus honorasse, quod etiamnum superesse nobis gratulamur quodque, auctore Zieglero, in duas partes dividendum est, quarum prior praecepta sapientiae prudentiaeque ordine, nisi ubique, plerumque tamen perpe-

tuo, altera vero minus continuo exhibeat, ita ut haec multo antiquior priori illa esse videatur. Nec raro congruit in utrisque praecipiendi, quam iniit auctor, ratio cum Prophetarum, quos cum Hebraeis dicimus, oratione. Et profecto aeque atque hi ille — quum utrique de vita conformanda futuroque de tempore merituri sint, dicendus est vates, sicut etiam gromarum inventores, quamvis facilius ad illas pronunciandas vividiore mentis vi carere possint, poetis propterea adnumerandi sunt, quod sese ad certum quendam vel plures quosdam prae ceteris hominibus dilectos alloquentes convertunt, id quod Buttmannus quoque in Comment. Acad. Scient. Berol. 1815. Class. Hist. p. 23. laudat: Die sinnvolle Art der Alten war, über einen Gegenstand, der dem Herzen nah war, so zu sprechen, dass man dabei eine geliebte, geachtete Person, an welche man seine Gedanken gleichsam gesprächweise richtete, vor Augen hatte. Nicht edler und gemüthlicher konnte dies ausgesprochen werden, als durch den einfacheu Vocativ, den man an schicklicher Stelle anbrachte. Plura exscripsit Welckerus p. LXXVII. novaque quaedam addidit exempla, modo etiam id putasset fieri potuisse, ut plures simul a Theognide ita admonerentur. Idem paulo ante p. LXXIII. tradit: Iulianum imperatorem Theognidem cum Phocylide et Isocrate Salomonis proverbiis praetulisse, quod cognovit ex Cyrillo (cf. Jul. c. VII. p. 224 Spanh.). Sin vero addit, „hunc scriptorem Theognidi, si obscoena affuissent carmina, amoris infamiam profecto objecturum fuisse," ego vero censeo, Episcopum Hierosolymitanum rem sibi vere acu tetigisse visum, dum imperatori, odio tantummodo in Christi cultores, quales tunc se gessere, ad opera quaecunque non Christiana praedicanda incitato, exprobraret amorem nitidioris libri, puerulis potius addicti, utpote complectentis χρηστομαθῆ quidem sed ψιλὰ καὶ κομψευμένα, ὁποῖά περ ἂν καὶ τίτθαι κορίαις καὶ μὴν καὶ παιδαγωγοὶ φαῖεν ἂν νουθετοῦντες τὰ μειράκια. Engelius noster Theognidem cum sapienti Iudaeorum rege ita componit: Der Stoff des didaktischen Gedichtes sind allgemeine Wahrheiten. Man kann nach dem Beispiel des Salomo oder Theognis einzelne Sätze und Sprüche häufen, die weiter in keiner Verbin-

nominis et patriae poetae, tum allocutio Cyrni et Polypaedae. Nomen enim scriptoris, sive ab ipso sive non ab ipso, praepositum videmus ex certo quodam more aliis quoque Graecorum operibus vel prosaicis, unde illud: καὶ τόδε Φωκυλίδεω fere cuivis Phocylidis sententiae praefixum, et illud μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου. Ipse Valckenaerius dum de hac antiqui moris in exordiis simplicitate mentionem facit, comparavit Theocriti verba (ad Idyll. I 64.)

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,
Θύρσις ὅδ' ὤξ Αἴτνας, καὶ Θορσιδύς ἅδ' ἁ φωνά,

cum Theognidis verbis inde a. v. 19. (vet. ed.) tanquam libri initio, etiam Phythagoricum ἱερὸν λόγον his verbis exorsum: ὅδε περὶ θεῶν Πυθαγόρα τοῦ Μνασάρχω, et Hecataeum in fronte operis scribentem: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται (Demetr. 2. ep. ad Ptol.) Sed ad haec exempla, jam a Welckero allata, etiam nos quaedum addamus. Nonne Catullus suaves illos versus, quibus Cornelio libellum dedicat jam antea confectum, huic tamen praeposuit? Conferantur etiam initia operum Herodoti, Thucydidis, Proverbiorum Salomonis, ejusque Concionatoris, quos libros propterea quoque denuo nomino, quum in altero illo priori Salomonis etiam allocutio: Mi fili, quae deinde mutato numero: Mei filii, toties redit, jam octavo versu inveniatur illico pone Dei laudes. Maxime huc pertinet Hesiodus, qui in Opp. et D. fratrem Persam primum alloquitur versu 10: ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην, prius invocatis tum Musis, ut Jovem patrem celebrent, tum versu 8 invocato ipso Jove. Num autem Jovis celebrandi gratia fortasse Operum et Dierum poema condidisse poetam credamus? Nihilo minus Welckerus putarat, Theognidem, si vere Apollinem ita invocasset:

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος, οὔ ποτε σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος οὐδ' ἀποπαύομενος,

ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν
ἀείσας σὺ δέ μοι κλῦθι καὶ ἐσθλὰ δίδου,

deinde omnino laudem deorum canere debuisse, cujus simile quid Kallius [18]), qui addit se facile assensurum esse, si quis Theognidi versus illos, deorum invocationem continentes, abjudicandos probaret. Quasi non additum sit illud:

σὺ δὲ μοῖ κλῦθι καὶ ἐσθλὰ δίδου,

sicut apud Hesiodum:

κλῦθι ἰδὼν ἄϊστα τε, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας,

Opp. et D. 9. cf. Solonis περὶ δικαιοσύνης fragm. ap. Stob. serm. IX.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν etc.

Benigne quidem Welckerus et illos versus Nostri a 1 — 18 (ed. vet.) et a 20 — 24 in libro nostro sivit manere, non ejecit, sed alio, ut illos ita etiam hos, et quidem in finem Gnomarium Theognidearum relegavit. Videbit autem quivis facillime praeter Welckerum et Weberum,

---

[18]) M. Abrah. Kallius Reg. Acad. Hafn. Biblioth. Specimen novae editionis Sententiarum Theognidis Megarensis, poetae antiquissimi, jam anno 1766 Gotting. et Goth. apud Jo. Chr. Dietrich ediderat plurimis subsidiis instructus. Sed commentarius, quem ad 36 primos versus adjecit simul latine versos, haud magni momenti est, nec promissis deinde stetit, quamquam exeunte demum anno 1822 mortuus est Hafniae.

quam bene iidem cum sequentibus inde a 25 ad 28 cohaereant, quum ad hos traducat sententia, non licere poetae sperare, ut omnibus placeat. Sed etiam utraque ista disticha a v. 25 ad 28 procul a pristino hoc loco removit Welckerus, apud quem alterum invenies inde a v. 881 ad 882, alterum vero a v. 59 ad 60, ipse enim hocce posterius:

Σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷά πέρ αὐτὸς,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ' ἐὼν ἐμαθον,

propter tempus in: ὑποθήσομαι et Theognidis κλῦθι, propter modum denique imperativum in ἄεισατ' ἔπος v. 16 (vet. edd.), non ut praeteritum sed ut futurum expressum ineunte potius quam exeunte libro ponendum esse senserat. Id ipsum vero verba quaedam versuum inde a 19 ad 24 requirunt, ut de proposito cogitetur, intelligo illud: ἐπιτείσεσθαι, quod menti nostrae revocat illud Hesiodi μυθησάμην. Invitus assentitur Weberus, qui versum:

Κύρνε σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπιτείσεσθω
τοῖσδ' ἔπεσι,

ita transtulit:

Kyrnos, was ich Lehrreiches gesagt, dem will ich ein Siegel
Jetzt aufdrücken.

Sed quanam in re cernitur illa sigilli vel signi expressio? Nonne in sententiis enuntiandis, quibus mens et sensus poetae insigniatur, ut nemo amplius in civitate de eo falso sentiat. Quare modo ne Weberus illud σοφιζομένῳ transtulisset: was ich Lehrreiches gesagt, nam non legitur; σοφισαμένῳ modo illud τοῖσδ' ἔπεσι reddidisset: per haec dicta. sed sese accommodavit Welckero, qui, quum Jacobsius dixisset: hos versus in fine Eclogarum positos fuisse suspiceris, statim persua-

sissimum habuit, ita illos textui esse insuendos. Cum ceteris veteribus interpretibus Elias Vinetus reddidit illa verba sic: docenti sigillum imprimatur carminibus[19]). Sin vere de lemmate quodam Gnomologiae Theognideae cogitare licet, invenitur illud pone deorum demum invocationem, pone nominis auctoris enuntiationem atque allocutionem Cyrni et Polypaedae, versibus 29 et 30 (ed. vet.): Πέπνυσο etc.[20]) quos excipiunt deinde hi: Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι etc., qui ita in fronte libri multo melius, quam quo eos, tanquam in desertam solitudinem, relegavit Welckerus (v. ej. edit. vers. 87 — 88), suffragati essent iis, quae idem in Proleg. inde a pag. XVIII. usque ad XXXIII. de vocabulis Ἀγαθοί et Κακοί exposuit, quae quidem sensu morali apud Nostrum parum obvia esse dicit, ita ut tandem addat: Nobilium filiis scripsit poeta. Quam quidem opinionem Weberus p. 538. tum aliis tum illis verbis: der Geist dieser Gedichte ist aristokratisch, magnopere probat, neque mihi prorsus alienum videtur illud judicium a veritate, quamvis, quum Gnomologiam talem, qualis nobis, amoribus et lusibus nec prudentiae modo sed

---

19) Ita etiam Camerarius: ὁ νοῦς, τὰ μὲν ἔπη ταύτῃ τῇ ἐμῇ σοφίᾳ ὥσπερ σφραγίδι κατασημανθέντα, εὔγνωστά τε καὶ διάδηλα πᾶσι etc. et secuti sunt Camerarium Kallius et Koeppen in: Lyrische Blumenlese p. 68. Quem tamen sensum Welckerus p. 121 illis versibus subjicit, quasi hoc dicat poeta: „nomen meum appono, quo, tanquam sigillo hisce versibus sententiarum mearum impresso, vindicentur illae ab imitatoribus aliena usurpantibus," equidem vero, quemadmodum vere nomine modo apposito id omnino cautum sit, non video. Nonne contra Theognis optare debebat, ut quivis ita sentiret et diceret sicuti ipse?

20) Sine dubio autem hocce prooemium quibusdam interpretibus non satis artificiosum apparet. Sed qui ita judicant, iis hic repeto verba aestimatoris scriptionis: Homerische Vorschule v. W. Müller 1824 (in Götting. Gelehrt. Anz, 1827 3. u. 4. St.): Die beiden Prooemien der Hom. Gedichte sollen erst, nach M., zu Pisistratus Zeiten entstanden sein, was niemand glauben wird. Dabei der oft wiederholte Irrthum, als wenn die Prooemien vollständige Inhaltsanzeigen sein müssten; die aeltesten hatten einen viel poetischern Charakter.

etiam sapientiae praeceptis composita tradita est, intueamur, etiam negemus necesse sit, illius consilium unum fuisse, nisi forte, quae sibi voluerit poeta, comprehendenda sint verbo illo amplissimi significatus: πέπνυσο, quod quidem, ita in initio versus novae poematis sectionis positum una cum illis: Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ, Φοῖβε ἄναξ, Ἄρτεμι[21]), Μοῦσαι ἠδὲ

21) Haec sola vox in mentem revocat difficultatem, quam omnino in illius numinis invocatione invenerint interpretes ob verba: Ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διὸς, ἣν Ἀγαμέμνων ἵσατο (ἵσατο, ὅτ' ἐς Τε. etc.) Turnebus volebat scribi: ἧσατο augmento Attico ut ἧκαζον, alii ἵσατο cum accentu Jonico, sicut ἔδος pro εἶδος, ita etiam cod. Aug. A. Matthiae in Obss. in quosd. poet. Gr. loc. c. 12. ἵσατο vertit: cognovit, expertus est. Illud: cognovit etiam in cod. Mus. supra scriptum, refert Bekkerus, addens: Quod verum videtur. Etiam Schegkii translatio ad Hertelii editionem addita exhibet: Atridae cognita diva. Sed non convenit prooemio, ut irae numinis, qua agitaretur Agamemnon, mentio fiat. sed potius de dea reconciliata sermo est, unde: ἵπλεσε νηυσὶ θοῇσι. Quare jam Vinetus dedit: quam A. *placavit*, Just. *posuit* (*placavit statua posita*), Weber: *die Agamemnon geweiht*, Welcker: dedicavit. Provocat Camerarius ad Scabon. XIV. fol. 440 et Callimach. hymn. in Dian. 228. Seber ad Pausan. Att. p. 41 9. (I. 43 1.) Haec quantum ad historiam, quantum vero ad usum verbi, provocatur ad Suidae ἀνέθηκε pro ἵσατο, ad Hesych. ἱδρύσατο, ἵκτισεν, utrumque pro ἵστατο. Exemplum quod praeter illud Pindari Pyth. IV. 16: ἔσσαντο τέμενος, Welckerus adtulit ex Herodot. V. 67: καί μιν (Menalippum) ἵδρυσε, simul arguit, ἵσατο etiam apud Nostrum commode ad deam, etsi in allocutione, pro ipsius statua positam referri, quam quidem dubitationum jam Kallius (Specim. p. 15) scite et docte solvit. Bruncius ne verbum quidem ad hunc locum, quasi debeamus confugere ad ea, quae dicit ad Eurip. Hippolyt. vers. illum (31) ναὸν Κύπριδος καθίσατο. Simul provocat idem ad Apollon. IV. 1219: βωμοὶ, τοὺς Μήδεια καθίσατο. Novissimum, quod addi possit, exemplum ex hocce libro sumo, qui prodiit anno 1826 Parisiis: Reisen und Untersuchungen in Griechenland, nebst Darstellung und Erklärung vieler neuentdeckter Denkmäler Griechischen Stils und einer krit. Uebersicht aller Unternehmungen dieser Art von Pausanias bis auf unsere Zeit, von Bröndstedt, cujus libri auctor invenit apud Zeam in monumento inscriptionem: ΑΑΚΙΟΣ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΕΙΣΑΤΟ.

κάριτες et κύρνε, quod quidem nomen etiam postea plures tales sectiones incipit, tantum ponderis habere debet, ut omne lectoris scrupulum tollatur, utrum genuina nobis tradita sit versuum Theognideorum series necne.

Tamen dubitationem Welckeri imprimis aluisse videtur confusio nominum Cyrni, et Polypaedae. Quare utrumque distincturi, priusquam rationum illarum veteris ordinis pervertendi sextam percenseamus, jam hanc tractemus: Per anonymum fragmentorum Theognideorum conditorem, in eadem, ut literatum ageret, immodice grassatum, factum esse, ut versus ad Polypaedam scripti annexi sint gnomis ad Cyrnum. (v. Welck. ed. p. CIII.) Jam supra vero de integra operis forma loquentes non dignam duximus illam Welckeri divisionem, quam refutaremus, quum nulla antiqui alicujus scriptoris nec Suidae quidem, jam nimis multa Theognidi poemata tribuentis, indicio nitatur, separatim extitisse Theognidis γνώμας πρὸς Πολυπαίδην. Quamobrem si quis acquiescit in ratione ex suo ipsius tantum sensu et arbitrio promta, patietur idem et alterum proferre contra se, quid sentiat et arbitretur. Possem quidem subito in usum meum convertere, quae apud ipsum Welckerum p. CI. leguntur: „Jacobsius quidem Polypaedam a Cyrno diversum esse statuit. Non me fugit Archestratum Gastrologiam ad amicos duos, Moschum et Cleandrum, misisse (Athen. VII. p. 278 E.), quorum illum in fragmentis (ibid. C. et III. p. 111. F.) bis solum alloquitur, et Empedoclem, qui in Physicis Pausaniam, medicum et amicum, auditorem suum facit, apostrophe uti ad Telaugen, Pythagorae filium.“ Sed diversas in his videri fuisse rationes, concedam Welckero, ita tamen ut interrogem: Quidni auctori Gnomologiae, non de uno argumento sed modo de re publica et patria, modo de cautione, de insolentia, de paupertate multisque aliis rebus plurima judicia eaque interdum sibi contraria et ex diversissimorum hominum judicandi ratione ferenti, plus decem auditores fingere liceat et alloqui? Primum ergo in eo peccatum est a recentissimo

editore, quod Nostri gnomas inscripsit: πρὸς Κύρνον, nam etsi ad hunc plurimae illarum spectant, aliae tamen spectant ad alios, ut ad Simonidem, Onomacritum, Damoclem, Clearistum, Theotimum, Academum et Argyrin, quorum nomina jam Camerarius aeque atque Cyrni nomen ficta censet eodem fere modo, quo Hermannus usus est in dissertationibus suis tum de Mythologia Graecorum antiquissimorum (Lips. 1817.) tum de historiae Graecae primordiis (Lips. 1818.). Scaliger et Fabricius Polypaedam ipsius Cyrni nomen patronymicum statuerunt. Illis Welckerus opponit: „Sed utrumque nomen semper, quantum scio, et in Deorum invocationibus et in hominum alloquiis conjunctum invenitur, ut Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ, Ἐρασμονίδη Χαρίλαε apud Archilochum, Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη in oracului apud Herodotum VI. 86. Στρεπτοῦ παῖ, τόδ' ἀγαλμα, Ἀσώπεατες ap. Anacreontem, Αἰσχυλίδα Θεόδωρε in Anthol. Pal. (p. 507. 2.) Ita etiam Empedocles Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι, δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ." Sed ut illud Ἰαπετιονίδη sine nomine proprio apud Hesiodum tum Opp. et D. v. 54 v. tum Deor. Gen. v. 543, ita occurrit apud Homerum Δυσκαλίδη Il. XIII. 307. et illud Ἀτρείδη et Πηλείδη toties, ut timeam, ut intellexerim, quid Welckeri sententia sibi velit, quin etiam multo magis miror dubitationem ejus, cur non, aliquis alios dum alloquitur, i. e. casu vocativo, eos patris nomine honorare queamus ita, quemadmodum ceteris casibus et rectis, quos dicunt, et obliquis fieri solet. Nec tamen a Theognide nomen patronymicum veterum epicorum poetarum more usurpatum cum philologis istis suspicor, utpote neque aut deum aut heroem alloquente, sed sibi amicissimum. Nec mihi, sicuti Welckero, repugnare singuli illi nec falso esse annexi a compilatore versus videntur, quos, licet partim Polypaedae nomine, in ampliorem sententiam colligatos videmus in editionibus veteribus, imo potius non satis possum admirari, quam probe utraque illius pars alteri respondeat, cf. ed. Brunck. v. 25. 57. 79. 193. Quare quum distichon, quod ultimo indicavimus:

Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαΐδη, ἐστῶν
μαυροῦσθαι, σὺν γὰρ πίσσεται ἐσθλὰ κακοῖς;

optime, quemadmodum prius erat insertum, cum antecedentibus et sequentibus cohaereret, nunc, a Welckero illinc evulsum, omni vicinitate destitutum legimus inde a v. 895 ad 896, ita ut non amplius habeamus, quo illud οὕτω referatur. Aeque incommoda, ut mihi videtur, ratione versus 25 et 26 (vett. ed.) ex circumscriptione prooemii ejectus exulat Welckero jubente inde a. v. 881 — 882. Accedit quod Hesychius et Themistius versus quosdam ad Polypaedam omnino Theognidi tribuunt nullo variorum poematum discrimine significato, et profecto inter ambo, si duo extitissent, necesse fuisset interesset aliquid sive ad illorum materiam et consilium sive ad dictionis rationem pertinens, sed ipse dicit Welckerus: „quae Polypaedae nomen prae se ferunt sententiae, conveniunt cum Theognideis quibusdam ad Cyrnum." Quorsum vero duas ejusdem argumenti gnomologias condiderit poeta, multo minus intelligitur, quam verisimile est, eundem plures simul familiares alloeutum esse, imprimis quum supra demonstraverimus, ad Cyrnum cummaxime nec unquam inscriptam fuisse ab auctore nec a nobis inscribendam esse Theognideam gnomologiam, in qua quum nullam sententiarum continuationem inveniret Welckerus, tanquam quinta ratione motus novo ordine disposuit.

Sed etiam hoc jam supra indicavimus, talem, qualis ab illo desideraretur, nexum ibi non esse quaerendum idque pro natura poeseos praecipientis et quidem sententiosae. Quare quum non concedat Welckerus, ut ipsa Theognidis γνωμολογία in hac causa exemplo sit, tum ad Hesiodi Opp. et D. provocemus, de quorum argumento tam uberi jamjam mentionem fecimus, tum ad Solonem ceterosque gnomicos, quos dicunt, Graecorum poetas, tum ad Dionysii Catonis disticha de Moribus ad filium, quibuscum haud raro sunt editae L. Annaei Senecae et P. Syri Mimi singulares sententiae. Cui vero hasce hinc illinc collectas, etsi vario modo illas excudendas curarunt editores, aliter conjungere contigit hucusque, quam ordine elementari? Exinde vero serioris cujusdam manus sedulitatem cognoscas. Idem ille Dionysius

Cato in linguam Germanicam jam ante seculum quintum decimum translatus effecit, ut etiam apud nostrates mox vernaculi poetae hujus generis prodirent. Minimeque possum, quin afferam subactissimum illud de Freidankii nostri Gnomologia (Spruchgedicht) judicium Eschenburgii in monumentis veteris poeseos Germanicae, ab ipso editis: „Der Gnomolog Freidank schrieb unstreitig eins der schätzbarsten Denkmäler der altdeutschen Lehrpoesie, welches ehedem ein ausgezeichnetes klassisches Ansehen hatte, man hielt damals auf keinen Spruch etwas, den nicht Freidank gedichtet. Freidanks Spruchgedicht. 4138 Verse. Unentschieden ist es, ob wir ihn, noch ohne alle Aenderung besitzen, oder ob bloſs einige Ausdrücke in Schreibarten verändert sind Auſser der Verschiedenheit der Zahl der Verse in den verschiedenen Exemplaren ist auch die Ordnung verschieden und es bestätigt sich mehr und mehr die Vermuthung, daſs das Ganze ursprünglich nichts Anderes sei, als ein Cento zerstreuter und in willkürlicher Ordnung gestellter, vielleicht auch schon von ihrem ersten Urheber ohne Plan und bei zufälliger Gelegenheit nach einander aufgezeichneter Sprüche. Wirklich scheint es mit diesem Gedichte ganz das Bewandtnis zu haben, wie mit den gnomischen Versen der Griechen, die, wie man weiss, nur ein scheinbares Ganze bilden.“ Verba vero illa literis latiori intervallo eminentibus impressa ad Theognidem referri posse inprimis exinde apparet, quod in Theognidei operis exemplaribus, licet ubique, testibus Platone, Isocrate, Aeschine aliisque, ab antiquissimis inde temporibus divulgatum esset, idem semper ordo versuum hucusque repertus est. Similes sententiarum et veritatum quasi collectiones in Gallia a Provincialibus, quos dicimus, nomine Mots, ab Italis deinde Frottole insigniebantur. Hebraeos vero constat amplissimi regum suorum nomine tale poeseos praeceptivae vel didascalicae apud se opus honorasse, quod etiamnum superesse nobis gratulamur quodque, auctore Zieglero, in duas partes dividendum est, quarum prior praecepta sapientiae prudentiaeque ordine, nisi ubique, plerumque tamen perpe-

tuo, alters vero minus continuo exhibeat, ita ut haec multo antiquior priori illa esse videatur. Nec raro congruit in utrisque praecipiendi, quam iniit auctor, ratio cum Prophetarum, quos cum Hebraeis dicimus, oratione. Et profecto aeque atque hi ille — quum utrique de vita conformanda futuroque de tempore merituri sint, dicendus est vates, sicut etiam gromarum inventores, quamvis facilius ad illas pronunciandas vividiore mentis vi carere possint, poetis propterea adnumerandi sunt, quod sese ad certum quendam vel plures quosdam prae ceteris hominibus dilectos alloquentes convertunt, id quod Buttmannus quoque in Comment. Acad. Scient. Berol. 1815. Class. Hist. p. 23. laudat: Die sinnvolle Art der Alten war, über einen Gegenstand, der dem Herzen nah war, so zu sprechen, dass man dabei eine geliebte, geachtete Person, an welche man seine Gedanken gleichsam gesprächweise richtete, vor Augen hatte. Nicht edler und gemüthlicher konnte dies ausgesprochen werden, als durch den einfachen Vocativ, den man an schicklicher Stelle anbrachte. Plura exscripsit Welckerus p. LXXVII. novaque quaedam addidit exempla, modo etiam id putasset fieri potuisse, ut plures simul a Theognide ita admonerentur. Idem paulo ante p. LXXIII. tradit: Julianum imperatorem Theognidem cum Phocylide et Isocrate Salomonis proverbiis praetulisse, quod cognovit ex Cyrillo (cf. Jul. c. VII. p. 224 Spanh.). Sin vero addit, „hunc scriptorem Theognidi, si obscoena affuissent carmina, amoris infamiam profecto objecturum fuisse," ego vero censeo, Episcopum Hierosolymitanum rem sibi vere acu tetigisse visum, dum imperatori, odio tantummodo in Christi cultores, quales tunc se gessere, ad opera quaecunque non Christiana praedicanda incitato, exprobraret amorem nitidioris libri, puerulis potius addicti, utpote complectentis χρηστομαθῆ quidem sed φιλὰ καὶ κομψευμένα, ὁποῖά πῃ ἂν καὶ τηθαι παρείας καὶ μὴν καὶ παιδαγωγοὶ φαῖεν ἂν νουθετοῦντες τὰ μειράκια. Engelius noster Theognidem cum sapienti Iudaeorum rege ita componit: Der Stoff des didaktischen Gedichtes sind allgemeine Wahrheiten. Man kann nach dem Beispiel des Salomo oder Theognis einzelne Sätze und Sprüche häufen, die weiter in keiner Verbin-

dung stehen, als daſs sie alle zu einerlei Wissenschaft gehören. Das Interesse wird vermehrt, wenn ein Mann spricht, der eben in der Situation ist; weil dieser am besten den Ton von Wärme und Beredsamkeit gibt. Sodann kommen dazu Fragen, Ausruf, ausgelassene Verbindungswörter, und so wird Herz und Verstand zugleich gerührt. Der Dichter bringt auch seine Ideen mit ähnlichen Ideen in Verbindung. Wohlthätige Empfindungen in der Seele macht das Sylbenmaaſs, in der Prosa sind zu lange Sätze. — Da der Grundstoff des Lehrgedichts eigentlich nicht poetisch ist, sondern dürr und trocken, so kann diese Dichtung das Sylbenmaaſs am wenigsten entbehren. — Kunstgedichte aber wurden erst später unter den Griechen Mode, Oppian u. a. Loquantur dicta Doederleinii ex opere ejus: Christliche Sittenlehre, desumta, quibus nusquam adhuc ego verius judicium inveni de usu veterum Gnomicorum ad nostram vitam instruendam:

„Die Sittensprüche Davids, die Sentenzen Salomons in den Sprüchwörtern und dem Predigerbuche, und die Ermahnungen der Propheten sind entweder aus dem Kanon der Mosaischen Vorschriften oder aus dem Kanon der Vernunft des weisen Weltbeobachters, des Menschenfreundes und Moralisten abgeleitet. Man kann sie bloſs als Sprüche weiser Männer, die im Orient ihrem Zeitalter nützlich werden wollten, lehrreich und mit behutsamer Absonderung des Morgenländischen und Jüdischen zur Erklärung über die Natur einzelner Pflichten, zur Entdeckung der Motive, zur Erlernung der Klugheit und zur Methode bei practischen Vorträgen interessant finden und muſs immer dabei wie bei Sirachs Sprüchen auf die Aussprüche der Vernunft zurückkehren.“ Nonne ita *χυρίας δόξας* i. e. sententias ad beate vivendum gravissimas, quondam scripserat Epicurus, quem sequiora secula paene totum e philosophorum choro sustulerunt? At non illicitum visum est Rosenmuellero, ut in commentariis ad Psalm. XC. parem ex Theognidis gnomologia sententiam comparandam arcesseret[22]). In universum

[22]) Possent etiam facile deterioris notae exempla Theognidis cum dictis Siracidae, Sa-

autem amplissime Gnomicorum rationem illustravit Kindervater pag. 64. altera parte libri ab ipso inscripti: über die Verwaltung des Predigtamtes.

„Ich komme auf die Sentenzen, von welchen ein ungemein guter Gebrauch gemacht werden kann. Die größten Staatsmänner unter allen Völkerschaften lehrten ihre Landsleute durch kurz ausgesprochene Lehren der Weisheit. Es waren das keine Sentenzen, die sie nur auf ihren Studierstuben epigrammatisch zugespitzt oder aus der Lectüre von Büchern abstrahirt hatten. Wiederholte Beobachtungen, langjährige Erfahrungen, Rathschläge, die auf vorhergegangene Thatsachen sich gründeten, waren es, die sie in Sprüchen und Gnomen für ihre Mitbürger niederlegten. Andere

---

lomonis ipsiusque Psalmodi Davidis componi, e. g. de ulciscenda injuria et persequendis inimicis, v. 363 (vet. ed.), 364, 337 et seq. Quae dicit v. 313:

Ἐν μὲν μαινομένοις μάλα μαίνομαι, ἐν δὲ δικαίοις
πάντων ἀνθρώπων εἰμὶ δικαιότατος,

conveniunt cum Freidankii dicto:

mit dummen dumm, mit weisen weis,
das was ye der werlt preys,

unde versus Leoninus:

Reddere personae scit quisquis congrua cuique,
Laudibus attolli mundanis debet ubique.

Sed Gnomicos, imprimis poetas, nisi excusare, tamen explicare debemus ratione a Doederleinio modo aliisque praescripta, neque Theognidem nominare cum Kallio: ἠθικώτατον, neque ex hujusce modi scriptoribus deducere antiquitatis philosophiam moralem cum I. C. Ch. Fischero in libro: Quid de officiis et amore erga inimicos Graecis et Romanis placuerit. Hal. 1789. Ne poetae quidem mores licet ex ejus dictis judicare, tum quod veritatem nonnunquam sibi contrariam fingit, tum quod, uti Martiali, ita et aliis Lasciva pagina, vita proba est.

kluge Männer von Alter und Erfahrung thaten dasselbe und prägten das Nutzbarste ihrer Lebensklugheit in eine Sentenz aus. Viele Menschenalter hindurch erhielten sie sich als mündliche Ueberlieferungen, die eine Generation der andern treu übergab, bis sie in folgenden Zeiten auch schriftlich gesammelt wurden. Verschiedene Griechische Weisen heiligten ihre Sentenzen dem Apollo und liefsen sie zu Delphi an den Eingängen seines Tempels eingraben, Pausan. 24.[23]) Diese Sentenzen, dergleichen jede nicht ungebildete Nation gehabt hat, machen gleichsam den Nationalstolz von der Lebensweisheit eines Volkes aus. Dazu gehören auch Räthsel und Gryphen[24]), die ebenfalls

---

[23]) Antiquos populos leges suas et vitae regulas omnino poetica oratione vestivisse praeter Pausaniam etiam Strabo, Diodorus, Cicero, Caesar, Tacitus, Horatius et Lactantius narrant, Aristot. Problem. 28. tradit exemplum, leges et vitae regulas, versibus enuntiatas, rege jubente, esse memoriter decantatas, quo melius cives illas tenerent. Alibi inveni, nationis cujusdam barbarae doctrinam moralem modo proverbiis et fixis aliquot sententiis constitisse, cf. Athen. XIV. p. 619 B. Opusc. Heynii II. 166.

[24]) Etiam Aenigmata in conviviis intercalata esse cantui carminum scoliorum, Athen. testatur X. p. 457. C. Item griphos, h. e. convivales quaestiones aenigmaticas (Poll. Hesych. Eustath. Schol. Aristoph.) eo consilio ab altero conviva pronuntiatas, ut alter, sententiae quid adhuc deesset, adderet sequenti versu, vel solveret sensum. Inde apud Aristot. Rhet. III. 2. et Art. Poet. c. XXII., ubi de aenigmatis natura exponitur, exhibetur exemplum talis exercitii hexametro versu, cui apud Athen. X. pentameter quoque additur, ubi simul Theogaidis mentio fit, cujus plures griphi aeque atque ille dissolvi in duas partes possunt. Quot vero aenigmata et griphi Nostri gnomologiae, unde tamen non excerpendi erant editori, inserti sint, eos optime conspicies apud Welckerum p. 56 — 59 inscriptos: Epigrammata. cf. A. Gell. N. A. I. 2. XII. 6. Heidfeld. Sphing. et Voss. libr. IV. Instit. Orat. p. 103. Ita Judaei jam aenigmatis usi sunt Libr. Judic. c. 14. Etiam a majoribus nostris, amorem canentibus (Minnesänger), illa intexta fuisse carminibus docet Rambach. in Vermischte Abhandlungen aus der Geschichte und Literatur, Hal. 1776, etiam a poetis artificibus (Meistersänger), cf. Wagenseilii tract. de lib. civit. Noriberg.

eine Lebensweisheit enthielten und als eine angenehme Verstandesbeschäftigung der Mengé gefielen. Sie waren ins Besondere eine Würze der Tischgespräche und man erwarb sich einen Grad von Achtung, wenn man Räthsel der Art lösen konnte. Perser, Griechen, Sineser, Scythen und Indier haben ihre Denksprüche gehabt, verschieden, je nachdem Klima, Sitten und Landeskultur verschieden waren. Die Hebraeer sind aber die ersten, bei denen wir welche finden. Wir haben unter Salomos Namen eine solche Sammlung, die wenigstens aus den Zeiten der jüdischen Könige her zu stammen scheint, und worin doch wohl ein Theil, wäre es auch der kleinere, von Salomos Munde gesprochen sein dürfte. Wie immer dem sei, die Sammlung ist zum Unterricht der Menge sehr nützlich, wenn nämlich eine gehörige Wahl darin getroffen wird. Dafs schöne Weisheitssprüche und räthselhafte Einfälle, vortreffliche und und mittelmässige, auch wohl triviale Sentenzen, Moral, Politik, Hauswirthschaft und Schaafzucht betreffend hier in gemischter Gesellschaft sich finden, weifs jeder, der sie gelesen hat. Was zur Einschärfung auf der Kanzel und zum Schulunterrichte davon sich eigene, ist eine Sache der klugen Beurtheilung von Seiten des Lehrers. Das nemliche gilt von der Sammlung Jesus Sirach, welche noch fruchtbarer an Weisheit ist. Es ist

---

1697. et Wiedeburgii: Ausführl. Nachr. von ein. alt. poet. Manuscripten. Jen. 1754.— Ceterum in Welckeri ed. p. 135 impressum est: Griphi solutio, contra p. XCVIII. gryphis quibusd. quod est factum errore typographico, cujusmodi, praeter illos in libri tam splendide exornati fine notatos, hi emendandi sunt: p. X. legitur Aphrodiensis, XI apponeretur, pro apponerentur, nisi artificiosius construi debeant ibi verba, XII τιμήμασι pro τιμήμασιν, XX εὔποροι, XXVII ἀρίστηας, XXXIV κώμας, LVI l'education, LXXI ἦν pro ἦν, LXXII γνώμας, LXXIII objecturus, LXXXI accomodavit, LXXXV εἰ εἰ pro δέ οἱ, LXXXVIII ἀνθίνην, LXXXIX Εὐάνθης pro Εὐανθής, XC χειρίσι ἀνθιναῖς, XCV frag. mnentis, CIX post: diversis temporibus et ut commata delenda sunt, CXII obruerunntur, 121 ὁ νους: τὰ, 125 Λακεδαιμονίαι γυναῖκες.

gut, wenn die Schuljugend die besten Sprüche aus diesem Zucht- und Hausbuche auswendig lernt, sie wird mehr Nutzen für das künftige Leben daraus schöpfen, als aus manchem gepriesenen Werklein von paedagogischer Fabrik.

Sed ne in judiciis consistamus ex ore et mente sacerdotum modo profectis, quum jam tantum spatii illa explerint, unius saltem philosophi quoque, quid de Gnomicis existimet, accedant verba, nimirum Buhlii, quae enuntiat in historia philosophiae: Erfahrungsdisciplin der Gnomiker. Alle Staatsverfassung bei den Griechen war aristokratisch oder demokratisch, weil man die Freiheit und Gleichheit der Griechen zu erhalten suchte. Die Gesetzgeber suchten zu verbreiten Vaterlandsliebe, Erziehung der Jugend als Haupttheil der Staatseinrichtung, Ehrfurcht gegen Gott, Unterwürfigkeit unter die Gesetze, Ehrerbietung gegen das Alter. — Regeln für das Verhalten im gesellschaftlichen Leben waren es, von Beobachtungen über Welt und Menschen abgezogen, oder auf welche das Nachdenken über die natürlichen Folgen gewisser Handlungen führte, die sie bald in kurzen nachdrücklichen Sprüchen, bald in kleinen didaktischen Gedichten, bald unter der Hülle der Fabel und der Allegorie vortrugen. Es ist die natürliche Entwickelung der practischen Vernunft gemäfs, dafs die Theorie der Sittlichkeit von einzelnen Erfahrungsmaximen anhebt und daher enthält die Geschichte des Fortgangs auch anderer Völker zur Humanität und Sittlichkeit eine Periode, wo Männer lebten, die ihren Mitbürgern dergleichen Maximen aufstellten. In den Büchern des Alten Testaments finden sich Sammlungen moralischer Sentenzen unter dem Namen des Salomo und Jesus Sirach. Die Römer hatten dergleichen von Syrus und Cato, und unter den neuern Völkern pflanzen sie sich von Generation zu Generation als Sprüchwörter und Gemeinplätze fort, deren Urheber man nicht mehr kennt. Sie haben einen eigenthümlichen Werth durch Kürze, Einfachheit, Verständlichkeit und unmittelbare Anwendbarkeit, auch finden sie Bestätigung. Freilich sind mehrere

einseitig, nur manchmal gültig und können ihrer Quelle nach oft nicht anders beschaffen sein. Mehrere derselben sind unächt, einige werden verschiedenen Verfassern zugeschrieben.“ Etiam Hugo Grotius in Prolegomenis suis ad Stobaei Florileg. Theognidem sine ordine et ἀφορίστως scripsisse dicit cum libro Sapientiae Salomonis eum componens. Poesin vero Gnomicam non Theognidis demum tempore, sed jam prius ortam et cultam fuisse, testantur verba Passovii in editione Musaei Atheniensis pag. 49: IX. Εὐμολπία ποίησις oder ὑποθῆκαι. „Unter der erstren Aufschrift las Pausanias X. 5, 3, dieses Gedicht, aus dem er einen weniger behannten Mythos anführt. Suidas fügt den zweiten Theil hinzu und benachrichtigt uns, Musaeus habe es an seinen Sohn Eumolpus gerichtet, woher die Benennung, das Ganze besteht aber aus 4000 Versen. Ueber den Gegenstand dieser Vermächtnisse stehn uns kaum Vermuthungen frei, doch wird man geneigt sein, einen gnomischen Inhalt an zu nehmen, wenn man sich erinnert, dafs die ethischen Elegien des Solon beim Diog. Laert. 1, 61. und beim Suidas unter Σόλων T. 3. p. 345. ὑποθῆκαι genannt werden und eben so die reizenden Distichen des Theognis an seinen Liebling Kyrnos beim Suidas unter Θέογνις T. 2. p. 172. und Eudokia p. 227 und 232. Da aber diese poetischen Vermächtnisse der Alten nur Klugheitslehren, und darum unter einander selbst durchaus verschiedenartig waren, weil ein jedes besondere Verhältnis auch besondere Vorschriften bedurfte, so liefse sich wohl annehmen, dafs die Vermächtnisse des Musaeos an seinen Sohn sich auf das ihnen beiden zunächstliegende, ihr Leben vorzugsweise bedingende, auf die Eleusinischen Mysterien selbst und Alles, was irgend damit in Berührung stand, bezogen haben, so wie wir noch zwei Orpheische Fragmente an den Musaeos und die übrigen Eingeweihten besitzen (p. 447 und 494 Herm.) die nach dem Zeugnis des Theodoret Therapeut. 2. p. 25. und des Theophil. ad Autolyc. 3, 2, aus des Orpheys Διαθῆκαι εἰς Μουσαῖον genommen worden sind.“ De seriorum temporum monumentis hic commemorandis continentibus Graecorum quorundam Gnomas, etiam soluta oratione enuntiatas, optime me-

ritus est Orellius editione hujus libri: Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia (Lips. 1819.), tribus tomis, quibus continentur (T. I.) Demophili Similitudines et Sententiae, Simil. Socrati adscriptae, Simil. Pythagoreorum, Ausonii Idyllium XVI. Symbola, Democratis Sententiae, Democriti fragmenta, VII. Sapientum Sententiae, Anacharsidis et Mysonis Apophthegmata, Secundi Sententiae, Joannis Pediasimi Desiderium, Sexti Enchiridion, Porphyrii Philosophi Epistola, multorumque Christianorum, ut Gregorii Nazianzeni sententiae, (T. II.) Isocratis Paraenesis ad Demonicum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis, Monimi et Demonactis sententiae et Apophthegmata, Aristippi, Bionis Borysthenitae, Archytae, Eusebii aliorumque fragmenta accedunt Ebraeorum et Arabum veterum sententiae morales Latine redditae [25]). Sed ut ad gnomicos Theognidis fere aequales redeamus, de illis Teplura cognoscere cupientiem certiorem faeient Diog. Laert. vit. Philos. Plutarch. Conviv. VII. Sap. Auson. Opp. lud. VII. Sap. Bruckeri hist. crit. philos. T. I. p. 441. Meiners Geschichte der Wissensch. in Griechenl. Voyage du jeune Anarcharsis, Rohde de veterum ~~poeterum sapientia gnomica etc.~~ (Hauniae. 1800.) [26]),

---

[24]) Haec scribenti mihi offertur liber: Commentar über die Sprüche Salomo's, nebst einer neuen Uebers. und einer Einl. in die Morgenländ. Weisheit überhaupt und in die Hebraeisch-Salomonische insbesondere v. Dr. Umbreit Prof. Heidelb. 1827.

[25]) Addantur etiam haec opera: Stephani poesis philosophica. Jesu, des Sohnes Schirach, Glaubenslehre übers. von Linde mit einer Abhandl. über die Methode der Alten die Moral in Gnomen vorzutragen v. A. H. Niemeyer 1782 Leipz. 2te Aufl. 1795. Solon's Denk- und Sittensp. übersetzt v. Dahler, nebst einer Schr. v. J. L. Blessig: über die Philosophie in Gnomen und Denksprüchen. Strasb. 1820. Solonis fragmenta ultimo edidit Bachius, praemissa commentatione, Bonn. 1825. Idem vir doctus Mimnermi reliquias edidit Lips. 1826. etiam praemissa commentatione, in qua multo amplificat sententias Schoenemanni, propositas 1823 in Comm. de vita et carminibus Mimnermi. De Simonide vid. Krugii Gesch. d. Philos. p. 72 et L. G. Gyraldi Opp. (Basil.

Weberi Geschichtlicher Ueberblick, quae dissertatio in ejus libro: Die elegischen Dichter der Hellenen patens inde a pag. 409 — 441, maxime huc pertinet, necnon ea, quae praefatus est Heynius ad librum illum, cujus continuationem nimis cito interpellatam esse querimur: Sententiosa vetustissimorum Gnomicorum quorundam poetarum opera (Lipsiae 1776.), cujus prius volumen editum a Glandorfio continet Pythagoreorum Aureum carmen, alterum autem, editum a Fortlagio, Solonis fragmenta poetica. Heynium ultimo memoravimus, quia simul refutare volumus, quod ei opprobrio vertit Welckerus p. IX. ubi est sermo de patria Theognidis. Heynius, ait, etiam erravit, qui ex Dioscurorum invocatione v. 837. poetam Spartae cogeret, quo ille in itineribus se venisse narrat v. 767. Ante omnia dicendum fuisset Welckero, ubi error ille Heynii inveniretur. In praefatione autem modo indicata p XXV. Heynius id contenderat, quosdam Theognidei operis prodere diversum a Theognide Megarensi auctorem, alios poetam Euboeensem*), alios poetam e Magnesia Ioniae, uti et ad poetam e Laconica ortum spectare possit invocatio Dioscurorum v. 1083 (vet. ed.). Ergo Welckerus corrupit Heynii dictum. Etiam in ejusdem praefatione, quam ex Glandorfii opere in suum recepit p. CXXXV. post verba: ut ad suam puritatem, omisit: simplicitatem et integritatem. Haud dispari modo p. X. dicit: „Ap. Parthen. 6, Διογένης ex Stephano mutandum in Θεαγένης assentiente Passovio in nupera editione p. 52“. Sed sciendum est, Galeum primum conjecisse, mutationem illam esse transferendam in vocem Διογένης, quod Theogenem Macedonicorum scriptorem una cum Hegesippo laudat Steph. Byz. v. Παλλήνη. Imo dicit deinde Passovius formam Θεαγένης alteri videri praeferendam, dum provocat ad Dukerum (quem Wel-

1680.) p. 101. Quae quidem omnia non tam ample enumerassem, si jam in venirentur ita composita in ullo opere literario ut Enslinii, Erschii vel Krebsii, qui vix unam alteramve Gnomici nostri editionem nuncupant.

*) Rectius Heinius dixisset: Euboicum vel: Euboeum, rectius Welckerus p. LXXI: libelli Aristotelei pro: l. Aristoteliei dixisset.

ckerus scribit Duckerum, sicut ipse a Webero saepissime Welker dicitur. Paulopost dicit Welckerus formam Θεαγένης et Θεογένης in nominibus propriis magis quam Θεογένης obviam esse. Nonne autem secundum Lobeck. Phrynich. p. 653. Θεογενής scribendum erat, quod an vere apud ullum scriptorem in usu fuerit dubitatur. Sed utut haec mea opprobria levia esse neque omnino huc pertinere videantur, ita ipsa istius nominis elementorum distinctioni impensa melius impensa foret distinctioni variorum scriptorum nominis Theognidis, ut tandem expleſſet aliquis Kallii[26]) promissum: Ὁμωνύμους etiam viros foeminasque illustres recensebimus circiter triginta. Ipse ni prius quis tali dissertationi vacabit, quaecunque in hunc usum undequaque collegerim et excogitarim, postero tempore literis mandata edam. Quantum vero ad nostri Theognidis patriam attinet, jam prius (anno MDCCCXXI.) assensus sum iis, qui illi una cum Harpocratione et Stephano Magaram istam inter Atticam et Corinthium agrum sitam tribuere, non cum Platone Siculam. Idcirco me quoque H. I. Bekkerus, dum recensebat Groenii Prosopographiam Platonicam (Annal. Heidelb. 1825. Octobr.) hisce verbis honoravit: „Daſs Plato mit Unrecht eines historischen Irrthums beschuldigt werde, weil er (de Legg. p. 630. A) den Theognis πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων nennt, behauptet zwar der angeführte Scholiast (p. 220. Ruhnk.) ganz richtig, indessen scheint es doch auſser Zweifel zu sein. S. Sylburg Praef. ad Theogn p. 4. sq. Gaisford[27]) und Graefenhan ad Aristot. Poet. p. 39." Ibi enim ad cap. V. exposueram, simili

---

[26]) v. ej. Spec. p. V. cf. Gyraldi Opp. ubi tum de pluribus Simonidibus tum de variis Theognidibus exponitur, etiam Harpocration. s. v. Θέογνις, et Suidam, qui sumsit, quae hac in re exhibet ex Schol. Aristoph. Acharn. Neve negligas Fabric. Biblioth. (I. lib. 2. c. 11.) cur. Harles. Not. quocum conferas Welck. p. X. et CXV. Addimus etiam hoc: legi apud Athen. I. 12: Δημοτέλης ὁ Θεόγνιδος τοῦ Χίου σοφιστοῦ ἀδελφός, Fr. Jacobsium autem legendum censere pro (Θεόγν.) homine, quem nemo noverit: Θεοκρίτου.

[27]) qui tamen Sylburgii modo Praefationem denuo excudendam curavit.

confusione (c. III.) de Epicharmo ex insula Co oriundo (Diog. Laert. VIII. 3. 1.) serius profecto in Siciliam (Κῶς, ἀνηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα. ἐντεῦθεν δὲ εἰς Συρακούσας, ὥς φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι) dici: καὶ οἱ ἐκ Σικελίας, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος, unde etiam illud Ciceronis Tusçul. Disputt. I. 8.): „Epicharmi ut Siculi." Quin, quum nunc rursus Diogenem evolvam, offendo in carmen, statuae ejusdem inscriptum, cujus ultimus versus hic est: Ἐπίχαρμον

ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρηκοσίων.

Sicut Epicharmus, etiam Theognis, quem ex Megara ad Isthmum oriundum esse plures ipsius versus certissimo enuntiant, (ut v. 773 — 782, et 894 ed. Beck.) gloriatur, sese Siciliam navigasse, id quod nemo de patria sua diceret. Sed diutius eum ibi versatum verisimile est et fortasse civitate ornatum. Quare eandem, si rem persequutus esset, argumentandi rationem inivisset Kallius, qui in specimine novae Theognidis editione (p. V.) dicit: „Megara Attica, non Sicula, Nostri patriam fuisse demonstrabimus Harpocrationemque turpiter falli, qui Platonem alteri sententiae favisse credidit." Ad Brunckii not. ad v. 751 addita est in ed. Bekkeri (773) sententia Passovii monentis: Ita Tyrtaeum quoque et Alcmanem, alterum ex Athenis, alterum e Lydia oriundos, cives dici Spartanos. Quam in rem laudat Platon. de Legg. 1. p. 629. A. Plutarch. Apophthegm. Lacon. p. 230. D. Jacobs. ad Alex. Aetol. 3. Leonid. Tarent. 80. Antipatr. Thessalonic. 56. Davis. ad Cic. Tusc. I. 8. quo quidem loco indicatum est, jam inter veteres scriptores, teste Suida, non convenire de patria Epicharmi. Welckerus, quem secutus est Weberus (p. 536.) pluribus de hac re scite expositis rationibus, pergit Proleg. p. XIV. „Afferri possunt aliae, ut quod poeta majorem vitae partem aut aliquam certe in Sicilia degisset atque inde vir Siculus, uti Aeschylum vocat Macrobius (Sat. V. 19.), dici potuerit, — aut quod honorificentius illius civitatis, a qua sponte susceptus esset, quam ejus, quae expulisset, civis vocaretur. Addere tandem liceat adnotationem Gaisfordi ad illud: Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος:

„Aristotelis aetate Ἡροδότου Θουρίου ἢ ἱστορίης ἀπόδειξις legebatur, Rhetor. III. 9. neque deinceps defuerunt, qui inducto Ἀλικαρνασσέως titulo, Θουρίου maluerunt apud Plutarchum de Exil. p. 604. et de Malign. Herodoti p. 868. Addiderat se Herodotus colonis, qui Thurios in magnam Graeciam abierant, qua in urbe quum hoc opus absolverit, Θούριον nominare se potuit, sicuti haud pauci appellarunt, Strabone teste XIV. p. 970 — 656. In his Imp. Julianus, cujus λογοποιὸν Θούριον, Oratorem Thurium cum imprudenter Bourdelotius explicuisset, poenas doctis viris dedit ad Lucian. Quom. scrib. histor. c. 29.“

Verum longius labor. Quin, quum sanae omnino Philologiae veluti Academiae quondam proprium id esse debeat, ut causis, quae in utramque sententiam dici queant, collatis, nullaque adhibita sua auctoritate, judicium audientium vel legentium relinquat integrum ac liberum, timeo, ne aliis jam nimis multa verba fecisse videar, aliis contra ut unquam persuadere contingat. Tamen operam non perdidero, sed largissimum potius exinde cepero fructum, dummodo lis, quid veri simillimum sit, porro contineatur, quum imprimis, pro illius aeternitate, hocce seculo quum in aliis rebus tum in hac, quam nos amplexi sumus, citius coeperit cessare. Adeo nihil temporis ad aliena interpretamenta investiganda nostrates sibi sumunt, scilicet propriis et suis inhaerentes, non perceptione, sed praeceptione oppido oblectati. Indulgent ita sibi Germani, „apud quos tanta nunc fervere dicitur [28]) scribendi edendique contentio, ut aliorum veluti obruant modestam diligentiam, quaeque laus in his literis spectari soleat, ea fere vilescat propter eorum turbam, qui assequantur.“ Judicant ita Batavi, quorum laudem ambire praestaret, quippe quibus antiquae tum grammaticae tum historiae studium observatione potius religiosissima quam conjecturis nitatur illa multo faciliori-

[28]) Opprobrium illud continet Bibliothecae Criticae Novae Vol. I. (1825), quam edunt Bake, Geel, Hamaker et Peerlkamp.

is, nam his nihil arduum est, divinitus quasi, non antiquitus antiquitate constituta. Iudicabunt illi quidnam de Theognide Welckeriano? Quidnam de interprete eundem in Elegiacorum poetarum Poecilen adsciscendum esse dignato? Quid denique de Braunio Professore, jam anno 1822. in scriptione: Die Weisen von Hellas, pollicito de translatione Theognidis Reliquiarum, quales Welckerus Graece disponendas et edendas curaret? Fortasse huic viro id evenit quod mihi, qui jam ineunte hac disputatione professus sum, me, quum primum hac de editione allatum esset, vere sperasse fore ut assentirer. Nec enim mihi recte sese habere videbatur opus Megarense, quod tamen recte sese habere, mihi persuasit amplior istius pertractio, quam meo ipsius loco exsecutus est alius. Quare equidem nihil quidquam hac in re me invenisse glorior. Denuo vero meo mihi Theognide abjudicato non potero quin exclamem, ut ait ille in Trinummo. Neque novam, quam instituerunt, dispositionem patiar sententiarum, quin ad illam, quae de coeli stellis dicit Cicero (l. de Div.), transferam: verba inventus est ordo, qui non credebatur.

# Emendanda et monenda.

Pagina 3. linea 8. legas beneficio, ibid. l. 16. mallem, p. 4. l. 17. effectu, p. 5. l. 21. habebunt, p. 6. l. 18: recessuras, p. 9. l. 18. ἐλεγεῖον, p. 10. l. 9. Megarensibus, ibid. l. 4. in not. legas: aestimationem, p. 12. l. 5. pro num legas: onum, p. 13. l. 16. commemorandum, ibid. l. 25. universum, p. 17. l. 16. amplius integer extiterit, p. 19. l. 5. Xenarchi, ibid. l. 9 ἐπὶ λόγους ἤγαγε, p. 20. l. 30. et 31. pro scri-ptoris legas: scrip-torii Non enim equidem, ut tot aliis locis videbit lector, in verbis dividendis Zumptium vel Ramshornium sequutus sum, sed Grotefendium, in cujus Grammatica (ed. quart. p. 9.) vetatur scribi pun-ctum pro punc-tum. Ceterum pro me loquantur verba, quae repeto ex Allg. Schulzeit. Paedag. philolog. Lit. Bl. 1826. Abth. I. N. 9: „Jedermann spricht doch wohl: sub-ter, Cad-mus, Tec-messa, Ariad-ne, es-ca, prop-ter. Dagegen soll man sich Gewalt anthun und schreiben: su-bter, co-chlea, o-mnis, spe-ctrum ju-ngo. Der Grund ist lächerlicher Weise von dem Anfang anderer Worte hergenommen, übergetragen auf Sylbentrennung. Und wie folgt daraus, daſs wenn man etwas zusammen aussprechen könne, daſs man es auch so trennen müsse? Im Griechischen zwar sagt man: bdellion, Ctesiphon, Mnemosyne, Tlepolemos, aber wie will man denn chn, chth, cm, dm, dn, gd, phn entschuldigen? Etwa mit χναύω, χθών, κμητός δμῆσις, δνόφος, γδοῦπος, φνεῖ? Die Beziehung auf das Grieechische kann hier so wenig beweisen, als die auf das Polnische und Chinesische. Und wo bleibt denn diese Berufung bei bt, chm, gm, thm, thn, ctr, sdr, wie in Abnoba, subter, drachma, agmen, rhythmus, ethnici, spectrum, Hasdrubal.“ Nonne addi posset, ex Zumptii sententia et Rhamshornii etiam a Germanis scribendum esse: die Zu-mptische, die Ra-mshornische Grammatik? — p. 23. l. 16. in not. pro quas lege: quae, p. 25. lege 1. κρίους μὲν καὶ ὄνους, p. 28. l. 9. Θύρσιδος, p. 29. l. 7. σὺ δέ μοι, ibid. l. 12. μοι, p. 44. l. 1. in not. pro: 24), ponendum erat signum: *), quod referas sursum ad: morales, p. 45. l. 15. lege: operis versus prodere, ibid. l. 23. lege: 54 pro 52, ibib. l. 25. Theagenem, ibid. l. 4. in not. Heynius, p. 46. l. 14: Megaram.

NOV 4 1884

Gt 32.60
Theognis Theognideus sive Theognidi
Widener Library 001935640
3 2044 085 171 809